Licet autem ecclesia sancta sit variis temptationum fluctibus percellitur nunquam tamen eam sponsus eius deseruit neque deseret quin immo semper permanebit stabilis et dono fulcita patientie tam virulenti hostis temptamenta devincet promisit et se sibi usque ad consummationem seculi divina sapientia assistente. Et ob hoc ut huiusmodi rebus plenis periculis consulatur utiliter pater vester sanctitas ad hunc locum domino volente sinodaliter convenerunt pro quo dignissimis laudibus est hec sacra concio efferenda eo quod pro statu optimo reipublice recta intentione laborare incedit.

Et quoniam inter cetera que hic agenda sunt principalis intentio pater vester sanctitas in hac sacra sinodo est deliberare et tractatibus insistere de differentia que ad presens est inter papam et concilium cum videlicet in mandatis contrariis sint parentes inter quos grande dissidium oritur et est dudum exortum de potestate et preminentia superioritatis. Verbum etiam est Iuliani eloquium quod ubi plures in aliquo uno excellere non possunt plerumque

oritur contentio. Utraque autem pars sibi superioritatem per superhabundantiam attribuere contendens nititur se iuvare scripturis et sacris canonibus ne sua assertio sine fundamento consistere videatur. Et ideo ut habeat aliquid materie ad deliberandum propositum scripturas notiores commemorare que ad utramque partem faciunt et ponere duo verba pro utraque parte que partes dissidentes allegare sollicite sunt pro sue intentionis fundatione quorum utrumque debebit esse instrumentum mentibus vestris ut ex illis possitis eligere et sumere verbum quod possit salvare animas vestras et si me quod absit contigat aliquid dicere in huiusmodi sermone que loquuturus sum ex lapsu lingue vel alias quod esset contra veritatem sacre scripture aut determinationem sancte catholice ecclesie vel contra dicta sanctorum doctorum ab ecclesia approbatorum vel quod esset piarum aurium offensivum nunc revoco sicut tunc et tunc sicut nunc et habeo pro non dicto subiciens me informationi cuiuslibet melius sentientis. Et profiteor in hac sacra sinodo expresse me credere et tenere hanc fidem et intelligentiam sacrarum scripturarum quam credit et tenet sancta catholica ecclesia que regitur spiritu sancto et non alias de quo solemniter protestor et Notarios volo rogatos. Parcet igitur inclita dominationes vestre si abstinuero ab introductione thematis et eius divisione quoniam propter angustiam temporis nec sine causa id fortasse fieri opportebit.

Sunt igitur hic due partes differentes una dicit potestatem pape esse superiorem qualibet alia potestate in terris. Altera dicit potestatem ecclesie universalis et concilii generalis sive in unum congregati esse superiorem potestate pape et qualibet alia potestate in terris. Occasione cuius exortum est dubium inter sapientes orbis utrum potestas pape sit superior potestate

vniu(er)salis ecclesie et Concilij
generalis legittime congregati
ipsam representantis uel econuerso An
potestas ecclesie vniuersalis et con
cilij generalis legittime congregati
ipsam representantis sit superior
potestate pape in terris Et videtur
quod potestas pape sit superior
Papa enim dicitur habere plenitudinem
potestatis tam celestis et terreni
arbitrij cuius commissa est xxiiij
di c i Incontrarium est quia potestas
pape est potestas petri que est
firmata per statuta vniuersalis
ecclesie xxiiij q i puto hoc ac
quod firmat aut confirmat alterum
videtur esse eo superior quod fir
matur Igitur potestas ecclesie vi
detur esse superior

Secundo quod igitur sunt due par
tes differentes secundum hoc erunt
due conclusiones quarum quelibet
bet probanda erit suis scriptu
ris et rationibus quas saltem
hoc tempore capere poterit Sed
antequam ad probationes pro
cedatur pro impetranda gratia
spiritus sancti qua opus est in magno
et tam arduo negotio salutemus
virginem gloriosam dicentes
Aue maria

Pars igitur illa que summa po
testatem et preeminentiam dicit
esse in summo pontifice et eum a
nemine posse iudicari constituit
ut plurimum Epistolis decre
talibus et sacris Canonibus
qui videntur in eo attestari summa
superioritatem et plenitudi
nis potestatis summam excelle
ntiam que allegationes non sunt
difficiles ad intelligendum nec
magna eget ratiocinatione Al
legat itaque pars ista pro ro
tione sua fundanda primo c Si
gnificasti de Elec in quo habetur
expresse quod per ecclesie ro
mane auctoritatem omnia concilia
robur acceperunt et in eorum sta
tutis Romanorum pontificum patet
excipiatur auctoritas Si ergo
per ecclesie romane auctoritatem
omnia concilia robur accipiunt

et in eorum statutis Romanorum pon
tificum patet excipiatur auctori
tas Si ergo per ecclesie romane
non post aliquod concilium congregari
sine auctoritate pape ut dicit habetur
xvij di per totum Et si in statutis
conciliorum excipitur Romani pon
tificis auctoritas potest papa
interpretari decreta conciliorum
generalium et ea mutare et
ita in proposito poterat dominus Euge
nius papa interpretari decreta
conciliorum Constantien et Ba
silien et mutare Concilium
seu de basilea in alium locum
transferre prout et fecit

Allegat secundo c licet de uita
da de Elec vbi habetur quod Ecclesia
Romana superior est alijs quia
ibi ad superiorem non poterit re
cursus haberi Et dicit loquitur de dif
ficultatibus emergentibus circa elec
tione Romani pontificis Si ergo
non potest ad superiorem recursus
haberi ergo nec ad Electionem
que est in concilio congregata

Allegat tercio c ita dominus xix
di vbi dicitur quod dominus ihesus christus
munus potestatis clauium ita
ad omnium apostolorum officium per
tinere voluit ut in beatissimo
petro apostolorum summo princi
paliter collocaret ut ab ipso quasi
quodam capite dona sua velut
in corpus diffunderet

Allegatur quarto c Nemo ix q iij
vbi dicitur Nemo iudicabit primam
sedem et sequitur neque enim ab augu
sto neque ab omni clero neque a
regibus neque a populo Iudex iu
dicabitur Et glo ibidem dicit
quod si totus mundus sentiret in
aliquo negotio contra papam
videtur quod sententie pape standum
est xxiiij q i hec est fides

Allegatur quarto c si papa
xl di vbi dicitur quod si papa innu
merabiles secum populos catervatim ad inferos
deducet nullus mortalium pos
set eum iudicare nisi deprehe
deretur a fide deuius

Allegat^r sexto c. aliorum et c. fa
cta ix q. iii. Cum c. aliorum dicit^r
Aliorum hominum deus causas voluit
per homines terminari sedis istius
presulem suo sine questione reser
uauit arbitrio Et in alio c. di^r
facta subditorum iudicat^r a nobis
Nostra uero a domino iudicat^r fa
cit ad hoc quod notat hostiensis in c.
proposuit de concessione prebende ubi
videt^r dicere quod ecclesia proce
dendo secundum amonitionem ewan
gelii non potest iudicare papam

Allegat^r septimo c. Nunc autem x
xi di. ubi videt^r dici quod Concilium
non habeat potestatem proferendi
sententiam contra marcellianum pa
pam de heresi impetitum qui sac
rificauerat ydolis quamuis idem
marcellianus turificationem huiusmodi
confitet^r

Allegat^r octauo c. in nouo xxi
di. ubi di^r quod apostoli voluerunt
petrum esse principem eorum

Allegat^r nono ad eandem partem
hoc quod di^r quod papa sit caput
ecclesie ut in c. fundamenta de
elect. li. vi^o cum aliis concordantiis
et in iii parte beati Thome q. viii
ar^lo vi Et quod papa habuerit
presidentiam in multis conciliis gene
ralibus ut in c. In nomine domini
xxiii di. et in c. ad apostolice de
re iudi. li^o vi^o et in pluribus
aliis locis Et quod ecclesia Roma
na sit caput aliarum ecclesiarum
xii di. preceptis Et quod ecclesia
Romana sit mater vniuersorum
christifidelium de priui. Antiqua
Et quod ipsa sit caput ecclesie
vniuersalis xii di. non decet
ubi dicit^r sic vos voluntatem
implete matris que est ecclesia
cuius caput Romana ecclesia
existit Et quod sepe di^r in glosa
quod papa non habet superiorem
in terris et quod sit summus ponti-
fex ut in cle. Si summus de sen
excom. Et quod ipse sit rector vni
uersalis ecclesie de elect. ubi
maius § Ceterum li^o vi^o Et
quod ipse totius orbis obtinet
principatum ix q. iii cuncta per mundum
Et est totius orbis dominus de sen. excom.
c. vltimo Et de necessitate salutis
est credere sibi subesse omnem crea
turam humanam ut in extrauagan.
vnam sanctam in fi. et quod ipse habet
vtrumque gladium et ei cura cele
stis et terrenis arbitrii

Allegat^r decimo c. Non debet
de consang. et affi. ubi papa
prohibitionem concilii generalis
reducit ad quartum gradum et
in c. statutum de rescriptis li. vi
Constitutionem concilii generalis
de duabus dietis reducit ad
vnam dietam et per ea videt^r habere
potestatem super decreta conciliorum
generalium et ita poterat dominus
Eugenius papa interpretari
decreta conciliorum Constantien.
et Basilien. et mutare con
cilium seu de Basilea in aliud
locum transferre prout et fecit

Allegat^r postea vndecimo c. Con
siderandum .l. di. ubi dicit^r de
petro quod christus eum toti ecclesie
preferre disposuerat et in
§ sed exemplo ibidem di^r quod pe
trus post trinam christi negati
onem non solum in gradu sui epi
scopatus remansit verum etiam
in pastorem totius ecclesie consti-
tui meruit

Allegat^r iterum duodecimo c.
beati ii q. vii ubi di^r quod me
ritis apostolorum petri et pauli
Roma obtinuit principatum et
caput nationum

Allegat^r tredecimo c. puto ii q.
vii ubi dicit^r quod petrus et
Cyprianus fuerunt pares me
ritis sed petrus fuit in pote
testate maior illo et quocumque
alio episcopo quia sua potestas pro
statuta vniuersalis ecclesie
est firmata Et in c. petrus ii q.
vii dicit^r quod petrus potestatem
regni acceperat

Item allegat^r quartodecimo c. hec

est fides xxiiij q i c. ubi di[citur]
qd papa tenet fide et sede
petri et qui impugnat pro
fessione fidei qua papa appro
bat no catholicu sed here
ticu se comprobabit et qd
ecclesia Romana semp imma
culata pmasit dno prouidete
et pmanebit et ita videt qd
ecclesia romana sit ecclesia
vniusalis

Allegat[ur] preterea c. i illis lxx
x di ubi di[citur] qd itr ipos apo
stolos no fuit par istitutio
sed vnus prefuit oibus

Ite adducit[ur] c. tu beatissimus
xxiiij q i c. ubi di[citur] qd beatus
petrus a dno recepit pncipatu
et i c. si petrus e. c. et q dicit
qd petrus et no alius ex apo
stolis abscidit aure malchi
ad denotadu qd ipe p alijs
habiturus erat potestate li
gadi et solvedi

Sut et alia plura que solet
allegari pro hac parte het
het que dicta sut comunis i
huioi allegationibus currut
Solet eti ad eande parte al
legare dicta bti Thome i
tractatu ctra errores gre
coru in c. lxvi ubi dicit
beatus thomas Romanu po
tifice esse pmu et maximu
iter oms esse Episcopos ubi
inter alia allegat Crisosto
mu sup illud math xviij
Accesserut ad iesu discipuli
dicetes Quis putas maior
e i regno celoru ubi dicit
beatus Crisostomus quedam
huanu scandalu copererut
quod et ia i se occultare no
poterat et timore cordis
no sustinebat i eo qd vide
bat petru sibi preferri et
phonorari

Ite allegat beatus Thomas
Crisostomu sup actus aplorum
dicete qd petrus e vertex san
ctissimus vere apostolus chori
pastor bonus et si sit ergo
et quilibet eius successor

Ite ad ide e beatus Thomas
i tractatu ctra errores gre
coru c. lxvij ubi videt dice
qd papa habeat potestatem
i tota vniusalem ecclesia le
git[ur] et i Calcedonesi Concilio
qd tota Synodus acclamauit
leoni pape leo sctissimus
apostolicus et ycomenicus id
est vniusalis patriarcha per
multos annos viuat Et alle
gat beatu Crisostomu sup
mathei dicete filius q pris
e potestate petro vniusalit
concessit ubiqz terraru et hom
mortali om que i celo sut
dedit auctoritate dado et cla
ues ad hoc ut ecclesia ubiqz
terraru amplificet Unde
beatus Cris sup actus apo
stolorum que adducit ibidem betus
Thomas petrus a filio sup
oms qui filij sut potestate
accepit no sic moyses i gete
vna sed i vniuso orbe

Ite allegat[ur] ad ide Cirillus
Jerosolimitanus ptriarcha que
allegat beatus Thomas i di
cto tractatu ctra errores gre
coru in c. lxix[o] qui dicit
expersona cristi ad petru
Tu cu fine et ego sine fine
cu oibus quos loco tui pona
plene et perfecte sacrameto
et auctoritate ero sic et fu
turu

Ite inducit[ur] ad ide Cirillus al
exandrinus Epus i libro the
zauroru que allegat beatus
Thomas ibidem q dicit qd apli
i ewagelijs et epistolis af
firmauerut i omi doctrina pe
tru esse loco dni i eius Eccle
sia eide dates locu i omi co
cilio et Synagoga in omi
electione et confirmatione et
infra cui scilicet petro omnes
iure diuino caput iclinat et
pimates mudi taqua ipi dno
oms obediut Unde Cris
ex persona filij dicat paste

oues meas id est loco mei esto
ppositus fratru

Solent etia ex huiusmodi allegati
onibus formari plures rationes
ad probandum intentione cuiusque
partis sed pars illa sit solut
allegationes ita et rationes
Unde ex omnibus rationibus assuma
quinque que magis urgere videt
quoniam in arto tempore non erit forte
possibile assumere plures

Prima ratio omnis optima comu
nitas debet regi optimo regimine
sed ecclesia universalis est optima
comunitas ergo debet regi optimo
regimine seu pollitia Maior no
ta quia si bona comunitas debet
regi bono regimine et melior
meliori ergo optima optimo ex
regula comuni sic simpliciter ad
simpliciter et minor patet quia
ecclesia universalis est sponsa et
corpus cristi et per consequens
debet regi optima pollitia Sed
inter omnes species pollitie quas
ponit Aristotiles in pollitica
3° polit scilicet Aristocratia
pollitia et Regnum, Regnum est
melior species pollitie qua vi
delicet multitudo regitur per
unum quam Aristocratia qua
multitudo regitur per paucos
virtuosos et quam pollitia qua
regitur per plures ergo sequitur
quod tota multitudo ecclesie debet
regi regimine regni et per
consequens ibi unus debeat
principari scilicet papa

Secunda Ratio Ecclesia mili
tantis regitur ad instar ecclesie
triumphantis unde dictum est
moysi Exodi xxv° Inspice
et fac secundum exemplar quod
tibi in monte monstratum est Sed
in Ecclesia triumphante unus
presidet qui etiam presidet in
universo orbe Apoca xxi Ipsi
populus eius erunt et ipse erit
deus eorum, ergo etiam in ecclesia
militante presidens unus esse
debebit Iuxta illud Osee i

Congregabuntur filii israel et filii
iude et ponent sibi caput unum
et Ezechielis xxxvii dicitur
Et pastor omnium erit unus

Tertia ratio Segregata eccle
sia ab invicem omnibus partibus eccle
sie habet aliqua operatione
quia dicit Damascenus quod inpos
sibile est substantia esse expert
tem aliqua operatione naturali
et ix° methaurorum dicitur in fine
omne ens habet aliqua ope
ratione Inter quas partes ipsa
tanquam pars nobilior et prin
cipalior ecclesie habet intensi
ore et nobiliore operationem
ergo sequitur quod congregata eccle
sia ad invicem partes eius habe
bunt intensiore operatione quia
omnis virtus unita est fortior se
ipsa dispersa et per consequens
etiam papa tanquam pars principa
lior ecclesie habebit tunc ope
ratione intensiore et fortiore
quam prius habebat Sed quia
segregata ecclesia papa ha
bebat potestatem in ecclesias
particulares ergo sequitur
quod existente congregata eccle
sia habebit potestatem in eccle
sia universalem, tertia cum non sit
dare medium inter ecclesiam uni
versalem et ecclesias particu
lares nec videtur quod correspo
deat illi intensiori operationi
quam ecclesia universalis

Quarta ratio Omnis perfec
tio que reperitur in uno et in
pluribus perfectius reperitur in
uno quam in pluribus et hoc
propter unione virtutis Sed potestas
prout reperitur in papa reperitur
tanquam in uno Prout vero re
peritur in ecclesia reperitur tanquam
in pluribus ergo in papa videtur
esse fortior quam in ecclesia

Quinta Ratio Epikeya super
remaneret in principe Tertia si non
sequitur quod conclusiones scientiarum
moralis et legistice viderentur
habere vim demonstrationis

et ita mutari no possent qd
e inconueniens Si ergo epikeya
remanet i principe poterat per
interpretari decreta Conciliorum
Constantien et Basilien et
ita mutare seu transferre co
cilium de Basilea i Bononia
uel ferraria ex racioibus adhuc
ipm mouentibus Ex quo infert
pars ista qd translacio concilii
Basilien i ferraria fuit iusta
et legitima et qd suspensio et de
posicio facte de dno Eugenio
papa no fuerunt legittime neque
iuste cum no sint facte a co
cilio generali ex quo desierat
esse tale per huiusmodi transla
tionem Item qd Electio facta
de dno felice quinto no sit ca
nonica cum electio Romani pon
tificis proprie videatur et proprie
at ad cetum Cardinalium quorum
due partes tempore huiusmodi ele
ctionis no fuerunt i basilea et
tantum sit dictum de ista parte
vt ea que adhuc dicenda sunt
possint locum habere Pars
autem alia quam et ego amplec
tor saluo semper iudicio me
liori que summa potestatem
dicit esse i Ecclesia vniuersali
et consequenter i Concilio gene
rali legitime congregato ipam
representante Pro fundanda sua
intencione vtitur auctoritate ewa
gelii et scripturis sctorum doctorum
ab ecclesia approbatorum ac gene
ralium Conciliorum vetustissimorum
Vnde pro introductione intencionis
sue supponit sex suppositiones
Prima suppositio e qd Ecclesia
vniuersalis et corpus et sponsa
xpi cuius caput e cristus pa
tet hec suppositio ex verbo apli
ad Ephe primo ubi dicit ipm de
dit caput super omnem ecclesiam
que e corpus ipius et plem
tudo eius qui oia i oibus ope
ratur Patet eciam per Augustinum
li lxxxiii q questione lxix ubi
dicit qd ecclesia nunc e sponsa
xpi et i vltio sponsi sui xpi
aduentu coniunget i claritate
nuptura facit qd di Osee ii
sponsabo te m i fide

Secunda suppositio qd ecclesia ex
ordinatione xpi debet manere usque
ad finem seculi patet hec suppo
quia testamentum nouum e eternum quia
mandauit eternum testamentum suum
ut dicit propheta et quia vltio
Ecce ego uobiscum sum usque ad co
summationem seculi Item luce
xxi Non preteribit genera
tio hec donec oia fiant

Tercia suppositio cristus sic di
lexit et diligit ecclesiam qd
ne erraret promisit sibi spe
ciale assistenciam suam pz hec
suppositio ex dicto verbo Ecce
ego uobiscum sum usque et Si eni
intelligeretur demodo quo deus
communiter e i oibus uel cum oibus
creaturis no dixisset verbum
hoc dando suis speciale confide
ciam de sua assistencia Item patet
ex illo luce xxii Ego pro te
rogaui petre ut no deficiat
fides tua constat autem qd no lo
quebatur de fide personali petri
cum statim hoc deficeret i tpe
negando cristum Item Iohis xiiii
Rogabo patrem et alium paracli
tum dabit uobis vt maneat
at uobiscum eternum Item cum sit
articulus fidei credere eccle
siam esse sctam nunquam fuit aut
erit tempus i quo no liceat
confiteri hanc fidem Si eni ecclesia
dampnabiliter aliquando erraret
tam pro eo tpe no liceret eam
asserere sctam cum ipo ipa no
possit esse nisi scta sequitur eam
no posse errare facit qd no
m c a recta xxiiii q i vbi di
qd ecclesia que e congregatio
fidelium errare no pt licet
papa errare possit xix di
Anastasius

Quarta suppositio qd quodlibet
concilium generale legitime con
gregatum ecclesiam vniuersalem
representat et habet potestatem
immediate a xpo cui quilibet
cuiuscunque status dignitatis uel
condicionis existat obedire tenetur
i hiis que pertinent ad fidem
extirpacionem scismatis et refor-

mgnor patet hec suppositio
ex decreto Concilii Constantien
famosissimum cuius verba sunt
ista hec sancta synodus Constancien
generale concilium faciens et vni
uersalem ecclesiam representans
Declarat quod ipsa potestatem
habet immediate a xpo cui qui
libet cuiuscumque status condicionis
vel dignitatis eciam si papalis exi
stat obediere tenetur in hiis que
pertinent ad fidem et extirpaci
onem scismatis et reformacionem
ecclesie in capite et in membris
Item declarat quod quicumque cuius
cumque condicionis status dignitatis eciam
si papalis existat qui mandatis
statutis ordinacionibus seu pre
ceptis huius sancte synodi et
cuiuscumque alterius concilii gene
ralis legitime congregati super
premissis seu ad ea pertinentibus
factis vel fiendis obedire con
tumaciter contempserit nisi resipue
rit condigne penitencie subiciatur
et debite puniatur eciam ad alia
iuris suffragia si opus fuerit
recurrendo Ista est constitucio
Concilii Constancien ex qua
pars hec suppositionis habet dicit
esse manifestum et pars ista huius
suppositionis cum dicto decreto di
cit sufficere pro sua intencione
probanda eciam si alie scripture
non essent cum dictum genera
lis concilii sit dictum vniuersalis
ecclesie cui sancti doctores scri
pta sua summittebant quia quicquid
ipsa approbat tenendum est et quicquid
reprobat respuendum est Vnde
beatus Augustinus li contra
faustum et contra epistolam fundamenti dicit
ewangelio non crederem nisi me
auctoritas ecclesie commoneret
Et beatus Ieronimus contra lu
ciferianum dicit poteram hoc vnico
sole omnes tuarum disputacionum
riuulos exsiccare et ... ad
vnicum solem auctoritate ecclesie
Valebit autem hec suppositio ad
hoc ut quicquid dicetur de ecclesia vni
uersali intelligendum erit de con
cilio generali legittime con
gregato

Quinta suppositio Concilium Ba
silien in suo exordio fuit Con
cilium generale legitime congregatum
probatur hec suppositio quia hoc conci
lium habebat ortum ex decreto con
cilii Constancien vbi decretatum
erat et approbante Martino papa
quod post finem Concilii Constancien
post quinquennium debebat cele
brari Concilium generale sicut et
factum est et consequenter post sep
tennium immediate sequens debe
at celebrari aliud Concilium ge
nerale pro reformacione ecclesie
in capite et in membris quod et fa
ctum est in basilea iuxta predictum
decretum quod et ipse dominus Eu
genius papa approbavit per suas
patentes literas in principio sui pon
tificatus et misit legatos suos
ad presidendum qui prestiterunt
iuramentum super decretis factis
et fiendis servandis et approban
do omnia eius decreta facta et
fienda per suas patentes literas
sepe ipsum concilium generale no
minavit in eisdem litteris immo
in ultima bulla que incipit Moy
ses dicit ipsum fuisse Concilium
generale ergo suppositio vera

Sexta suppositio quod sicut deus
cuilibet creature dedit certam
periodum qua determinatur ad du
randum in suo esse et parem virtutem
innatam et intrinsecam qua possit
corrumpentibus se resistere et se
conservare et esse ex quo secundum
Damascenum impossibile est sub
stanciam esse expertem operacione
naturali ita et ecclesie qua
voluit durare usque ad finem
seculi ex secunda suppositione
dedit virtutem et potestatem qua
possit se conservari in suo esse regere
et tueri et conatibus ad sui de
structionem resistere patet hec
suppositio ex euidencia in minore
immo a forciori cum cristus ecclesiam
plus aliis diligat ex tercia
suppositione hoc eciam videtur
notari in verbis de ecclesia
dictis a cristo in sua fundacione
cum ei dixisset quod super se pe
tram edificaret ecclesiam statim

subiunxit et porte inferi non pre
valebunt adversus eam quasi significa-
ret qd eo ipso qd edificata sit
habeat in se virtute et potestate
se conservandi in esse et contrariis
resistendi et ex hoc dicitur de ea in
cantic qd est terribilis ut cast
rorum acies ordinata quod aut
esset terribilis si huiusmodi vir
tute careret Cum ei non sit
essencialis dependencia ecclie ad
papam qui pro sue dignitatis of
ficio tenet eam tueri et defen
dere Si papa moritur vel eam
tueri nolit si tunc ecclesia
huiusmodi virtute non habet sequitur
qd tandem desinere posset qd
sentire est insanum Papa igitur
non existente habet ecclesia vir
tute et potestate quia per cre
acionem pape que sit exordi-
nacione ecclesie non perdit Cum
potestate a xpo ad sui regimen
et conservacionem accepit Princ
ipia ei essendi et conservandi
propria et immediata sunt intrinseca
cuilibet rei Sic ergo ecclia
nec propter creacionem pape desinit
a virtute essendi ita nec a vir
tute et potestate se regendi et
conservandi in suo esse Hec aut
potestas iuxta auctoritatem apli
i cor xii videtur inesse omnibus
membris sive toti corpori non
aut uni tantum membro Dicit
ei Apostolus corpus non est unum
membrum sed multa si dixerit pes
qr non sum manus non sum de cor
pore non ideo non est de corpore
et si dixerit auris qr non sum
oculus non sum de corpore non
ideo non est de corpore Si totum
corpus oculus ubi auditus
si totum auditus ubi odoratus
Nunc aut posuit deus membra
unumquodque eorum in corpore
sicut voluit qd si omnia essent
unum membrum ubi corpus nunc
aut multa quidem membra unum
aut corpus non potest dicere oculus
manum opera tua non indigeo
Aut iterum caput pedibus non
estis michi necessarii et infra
sed temperavit deus corpus
ut non sit scisma in corpore
sed in idipsum pro invicem sollicita

sint membra et sequitur vos estis
corpus cristi et membra de mem
bro et quosdam quidem posuit deus
in ecclia Primum aplos Secundo
prophetas Tercio doctores etc
Apparet igitur ex hac auctoritate
adiunctis eciam hiis que aplus
dicit Ad Ephe iiii° qd potestas
ecclie seipsam conservandi regendi
et tuendi inest corpori xpi sive
omnibus simul membris Non aute
qd ex uno membro dependeat
in totum Unde videtur hec potestas
esse in ecclia non sit in quodam
toto integrali aut universali
cuius essencia et virtus participatur
a singulis partibus subiectivis
sed sit in quodam toto potestativo
quemadmodum virtus exercendi actus
et operaciones anime est in ipsa anima
et suis potenciis sic in quodam
toto potestativo que potestas non re
peritur adequate in aliqua suarum
specierum potenciarum vel in una
principaliter ita ut ab illa tota
licet conveniet aliis sed est in omnibus
simul potenciis ex virtute unius
anime sic videtur in ecclesia esse
huiusmodi potestas

Presupposito igitur qd ecclesie
insit virtus et potestas se conservandi
in suo esse sicut cuilibet rei cre-
ate dicit ista pars qd ipsa ecclia
hac virtute recepit singulari
modo quomodo alie creature
specialiter corruptibiles eam non
receperunt licet ei unicuique
rei insit virtus se conservandi in esse
et contrariis resistendi hoc tamen
non est in summo gradu ita qd pos
sit forciori potestati resistere
sed in certo gradu ita qd sub
iaceat violencie maioris vir
tutis ut patet manifeste in
animalibus que occiduntur et con
sumuntur a forcioribus in virtute
In ecclesia aut virtus et pote-
testas se conservandi a nulla su
peratur virtute creata qd pa
tet manifeste ex dicto verbo
et porte inferi non prevalebunt
adversus eam Cum ei testante Iob
xli non sit virtus super terram
que huic comparetur sicut

potestati belial et hec non pt
aduersus ecclesiam preualere se
qr qd a nulla creata virtute
seperari potest Ex quo sequitur
per modum preambuli qd virtus
et ptas que e in ecclia ipa e
suprema inter oms potestates
a deo concessas in terris Nam si
aliqua esset maior iam illa pre
ualere posset aduersus ecclesiam
sed nulla hoc potest ergo ipa
e suprema Que aut sit hec
potestas ecclesie ad se regend
et conseruandum e communis sntia sctorum
et doctorum qd e potestas cla
uium videlicet sciencia discerne
di et ptas iudicandi ligandi
et soluendi Que qdem ptas tante
excellentie e qd tota vniuersitas
hominum illam non pt concedere
sed eam a solo deo acceptauit
ecclia vz Nam in potestate comm
tatis seu multitudinis hominum e
aliquem uel aliquos ex suis re
legare et a sua societate sepe
rare sed qd ille qui ab eorum
societate expellitur eo ipo sit se
peratus a societate dei et ange
lorum hoc non e in hominis pote
state ptas aut clauium ad hoc
se extendit ut que ligant in ter
ris ligata sint et in celis Mt
xviii quecumque alligaueritis
super terram erunt ligata et in
celis et quecumque solueritis etc
Et licet sint alie potestates in
ecclesia ut consecrandi corpus xpi
absoluendi a peccatis etc hic tamen
principaliter itenditur de iudiciaria
potestate an penes papam an
penes ecclesiam sit principaliter
et cuius iudicio potius standum e
Cumque ut premissum e hec ptas
sit ecclie ex commissione cristi
sive concessione et de eius actio
nibus Canon biblie profert
autenticum testimonium et sermo
nes sunt expetendi secundum ma
teriam subiectam pº ethicorum
Ideo pro eluidacione huius
ad sacram scripturam principaliter
e recurrendum Probandum ergo erit
potestatem ecclesie et concilii
generalis esse superiorem po
testate pape et quacumque alia
potestate in terris Ad quod

probandum assumam tantum qua
druplicem probationem qr forte non
erit possibile in arto tempore plures
adducere probationes Prima ergo
probatio erit ex scriptura euan
gelii ex scriptura sanctorum do
ctorum ab ecclesia approbatorum et
ex scriptura sacrorum conciliorum
uetustissimorum Secunda pro
batio erit ex consideratione no
minum ac rei per illa significate
que in sacra scriptura dicitur
de ecclesia Tercia probatio
erit ex conditione huiusmodi pote
statis prout e in ecclesia et in
papa Quarta erit ex habitu
dine quatuor causarum materi
alis formalis efficientis et fi
nalis Et in fine si mentem occur
ret dicam an sit eadem potestas
in papa et in ecclesia et si eadem
quo in ecclesia sit superior et
papa inferior et ex quo cristus
e caput ecclesie ex prima sup
positione quomodo pape conueniat dici
caput ecclesie an prout eccle
sia e corpus misticum uel corpus
politicum

Quantum ergo ad primum occur
rit illa auctoritas que expresse
loquitur de hac auctoritate Mt xvi Ti
bi dabo claues regni celorum
et quodcumque ligaueris super
terram erit ligatum et in celis
Hec aut auctoritas ewangelii pro
ut sancti doctores exponunt ver
bum e potius promissionis quam
concessionis Et cum illi cesseat
hec ptas promissa cum fuit
concessa nunquam aut reperitur
qd per hec uerba cristus soli
petro hanc potestatem concesserit
sed etiam ipsi ecclie prout dicitur
Mt xviii Quecumque alligaue
ritis super terram erunt ligata
et in celis et quecumque solueritis
super terram erunt soluta et in ce
lis ergo sequitur qd ptas clauium
non ad solam personam petri et
suos successores sed principa
liter ad ecclesiam pertinet cum
per eadem uerba legitur concessa qd
vz ex serie textus ewangelii
Constat et qd cristus omnes di
scipulos simul non aut solum

petru itrogauit et petrus qui
omnium candem exprimens itentionem
respondit et cristo sit responsorum
accepit quod manifeste lucas
ewangelista testatur in c ix sic
referens Dixit autem illis Vos
autem quem me esse dicitis Respo
dens petrus dixit cristum dei Et
ille increpans illos precepit ne
cui diceret Ecce manifeste per
quo responsio petri erat respo
sio omnium apostolorum quia dicit pre
cepit ne cui diceret Cum ergo
secundum Rabanum et alios docto
res propter meritum confessionis fidei
sit dictum uerbum potestatis Con
fessio autem fuerit non solum pe
tri sed omnium apostolorum ergo et auctoritas
potestatis ad omnes apostolos et
eorum successores dicitur pertinere
Hoc autem patet ex verbis que postea
dicuntur in ewangelio Nam post
hec dicta legitur quod de maiori
tate fuit tribus vicibus contentio
inter apostolos scilicet matthei xviii
et xx et luce xxii Non autem
de hac re contendissent
si intellexissent per predicta verba
Tu es petrus et tibi dabo cla
ues etc vel per illa Tu uoca
beris cephas soli petro aut
principaliter ad regendum ecclesiam
fuisse traditam potestatem

Ne autem iste sensus videatur esse
noua doctrina patet manifeste
per auctes sanctorum doctorum ex-
ponentium qui dicunt quod cum petrus
claues accepit sanctam ecclesiam
significauit quod quia ecclesia a cristo
claues accepit ipse petrus at
figuratiue Unde beatus Augu
stinus Johannem sermone centesimo
xxvo loquens de ecclesia igitur
huius ecclesie apostolus petrus
propter apostolatus sui primatum ge
rebat figurata generalitate
personam Quod enim ad ipsum proprie
pertinet Natura unus homo erat
gratia unus cristianus habun
dantiori gratia unus idemque primus
apostolus Sed quando ei dictum est
tibi dabo claues regni celorum
et quodcumque ligaueris super terram
erit ligatum et in celis et quod
cumque solueris super terram erit

solutum et in celis uniuersam si-
gnificabat ecclesiam que in hoc seculo
diuersis temptationibus velut ymbri-
bus fluminibus et tempestatibus
quatitur et non cadit quoniam fun
data est supra petram Unde pe
trus nomen accepit Non enim a pe
tro petra sed petrus a petra
sicut non cristus a cristiano sed
cristianus a cristo uocatur Ideo
quippe ait dominus super hanc pe
tram edificabo ecclesiam meam
quia dixerat petrus tu es cristus
filius dei viui super hanc
ergo petram edificabo ecclesiam igitur
meam quam dixerat petrus quia con
fessus es edificabo ecclesiam
meam petra enim erat cristus hoc
fundamentum quippe aliud nemo
potest ponere preter id quod positum est
quod est cristus iesus Ecclesia ergo
que fundatur in cristo claues ab
eo regni celorum accepit in petro
id est potestatem soluendi ligandi
quia predicta hec beatus Augustinus
et sunt eius verba sic ponuntur
in forma prout videri poterit
in originali

Ad idem est beatus Jeronimus
cuius uerba habentur xxiiii q i
omnibus consideratis ubi igitur Omnibus
consideratis puto me non temere
dicere alios ita esse in domo dei
ut ipsi etiam sint eadem domus dei
que dicitur edificari supra petram
que unica columba appellatur que
sponsa pulcra sine macula et
ruga et ortus conclusus et
fons signatus et puteus aque
viue et paradisus cum fructu
pomorum que domus etiam cla
ues accepit et potestatem li
gandi et soluendi hanc domum
si quis corrigere corripiere quod
contempserit sit tibi tamquam ethnicus
et publicanus hec beatus Je
ronimus Ubi expresse dicit
ecclesiam recepisse claues et
prosequens iudiciariam potestatem

Ad idem est ille doctor famosus
Rabanus qui dicit sic quamuis
soli petro hec potestas data
videatur ceteris tamen apostolis
dabatur cristo teste qui insuflauit

i eos dicens Accipite spiritum
sanctu dicens quoru remiseritis

Ad ide e leo papa i smoe de
beatis apostolis ubi dicit qd
vis istius potestatis et huius
decreti constitutio ad oms ecclie
principes commeavit sed no frustra
vni conceditur qd oibus intimatur
Ecclesie igit claues date sunt
principaliter sed qd scriptura di
cat petru eas etia accepisse
Dicit beatus Ieronimus quem
allegat mgr i iiijo di xix qd
ideo petrus eas di accepisse
ut oms itelligat qd quicu ab
vnitate fidei et societate eccle
sie se separauerit nec peccatis
solui nec celu igredi potest
hec ille

Ad ide est Innocentius doctor
famosissimus i smoe de btis
apostolis qui incipit sic Inter
rogabat iesus discipulos suos
qui iter cetera que de ecclia
loqt dicit sic i ea qui viget
celestis auctas Ad illud dig
tatis prouecta fastigiu ut
eius sna que profert i tris
etia obseruet i celis

Ad ide e Augustinus primo lio
de doctrina cristiana co xiiio q
dicit est ecclia corpus sicut
apostolica comedat doctrina qe
coniux etia dicit et paulis iter
positis dicit hys igit claues
dedit ecclie sue ut quecuq
solueret i terra soluta esset
et i celo et que ligaret i tra
ligata essent et i celo

Ad ide est Augustinus i li de
fi ad pe c ij vbi dicit Nunq
peccati esset indicta pro pctis
deprecatio si deprecati no esset
remissio concedenda sed etia pen
tencia peccatori tunc prodest
si ea i ecclesia catholica ge
rat cui deus i persona beati
petri ligandi soluendi qz tribuit
potestate dicens quecuq alli
gaueritis super tram erunt ligata
et i celis et que solueritis sup
terra erunt soluta et i celis

Ad idem est Augustinus lio de
agone cristiano dicens Non enim
sine causa iter oms apostolos
huius ecclesie catholice persona
sustinuit dicens petrus huic eni
etia ecclie claues regni celorum
date sunt cu petro et qd ei di
ad omes dr Amas me pasce
oues meas

Ad ide e Augustinus sup Io
hanne et habet xxiiij q i quod
cuq si petro tatu dictu est
id quotiens ligaueris et non
hoc facit ecclesia si at i ecclia
fit vtiq que i tra ligat et
i celo et que soluunt in terra
soluta sunt i celo qr cu excom
municat ecclesia i celo ligat
excomunicatus cu reconciliat eccle
sia i celo soluit reconciliatus
si hoc ergo et i ecclesia fit
petrus qn claues accepit ec
clesia sanctam significauit qd exponit
Archidiacnus i Rosario significauit
id e sub signo et nomine ecclie
accepit

Ad ide e glo ordinaria sup
illud ephe iiij quosdam quidem de
dit aplos et dicit glo vice xpi
predicantes ac oim ordinatores
et iudices

Ad ide e Augustinus i libro
questionu noui et ve testamenti
q xxxix et i sermoe xiij
de aplis petro et paulo ubi
dicit Dns iesus cristus disci-
pulos suos ante passione sua
sic nostis elegit inter quos pene
ubiq petrus solus totius ecclie
sie meruit gestare personam
et propterea audire meruit tibi da
bo claues regni celoru et seqt
has aut claues no homo vnus
sed vnitas accepit ecclesie

Item si ad ide e auctoritas mani
festa i c firmit de suma trin
et fi ca ubi ponit fides nra
pro qua si necessarium e moriendum
e vbi di qd sacramentu eu-
karistie nemo pt conficere nisi
sacerdos q rite fuerit ordinatus
secundum claues ecclesie quas
[illegible]

successoribus iesus cristus Ecce
ergo dicit claues ecclesie non
petri et eas concessas aplis
et eorum successoribus non soli
petro ex quibus auctoritatibus satis
patet quod ecclesia accepit claues
principaliter ex commissione petri

Cum ergo querere oporteat ubi
de hac commissione legatur in ewa
gelio nec alius locus aptior est
quam ut dictum est Math xviii
quecumque alligaueritis super terram
erunt ligata et in celo et que
solueritis super terram erunt soluta
et in celo sequitur quod potestas
clauium sit principaliter data ecclesie
quod satis videtur probari ex dic
to textu ewangelii Mt xviii
attenta maxime historie narrati
one Nam Mathei xvi° cristus
dixerat petro Tu es petrus
et tibi dabo claues regni ce
lorum Deinde in c xvii iterum
mandauit petro solue statere
pro eo et pro se Vndique ex
his videbatur eum constituere ca
pitaneum super alios ideo statim
continuatiue subditur in c xviii
in principio In illa hora acces
serunt ad iesum discipuli dicentes
Quis putas est maior in regno
celorum seu in ecclesia Vnde patet
quod ipse ewangelista loquitur de
superioritate et tunc quibusdam
interpositis cristus volens sol
uere huiusmodi questionem de supe
rioritate de qua querebant
apli subiunxit in eodem c Si pec
cauerit frater tuus corripe eum
inter te et ipsum solum Si te non
audierit adhibe tecum unum uel
duos etc Et subditur Quod si non
audierit dic ecclesie Si autem
ecclesiam non audierit sit tibi
ethnicus et publicanus Ecce
dicit iudicium ecclesie esse su
perius iudicio petri et conse
quenter ut ostendat quale sit iudi
cium ecclesie et que sit eius potestas
statim subnectit Amen dico vobis
quecumque alligaueritis super terram
erunt ligata et in celis et que
cumque solueritis super terram erunt
soluta et in celis Ecce loquitur

aplis collectiue et eorum succes
soribus non soli petro Quecumque
alligaueritis quecumque solueritis
Et exposita sit potestate ecclesie
sequitur de potestate concilii gene
ralis ibidem quasi cristus vellet re
spondere tacite questioni potuisset
enim dixisse apli cristo Domine
ecce sumus iam certificati de su
perioritate de qua querebamus
et sumus ubi debeat haberi re
cursus Si frater fuerit incorri
gibilis quia ad ecclesiam et
sumus quanta est potestas ecclesie
quia extendit se ad celum et ad terram
Dic ergo nobis quia futuris
temporibus ecclesie tue que per
totum orbem dilatanda est dicere
poterimus seu hoc dictum implere
Nam ecclesie cum ecclesia nullibi
simul congregata erit ubi que
relas nostras audire poterit
Respondet dominus quasi vellet di
cere Dicam vobis ubi eccle
sia mea reperire poteritis
Vnde subdit Iterum dico vobis
inquit dominus aplis ubi duo vel
tres congregati fuerint in nomine
meo in medio eorum sum quod de
celebratione generalium conciliorum
exponit beatus Celestinus
in epistola ad Sinodum ut dicit
Ysidorus in libro conciliorum

De gallo

Ecce ergo potestas generalis co
ncilii sumens fundamentum ex illis
verbis ewangelii ubi duo uel
tres etc Et ex illo dicto que
cumque alligaueritis super terram
erunt ligata et in celis et que
cumque solueritis etc Ex quo quidem
quatuor notari videntur Primum
quod claues regni celorum de
quibus supra dictum ecclesie per
hec verba sunt concesse patet quia
eadem verba sub quibus facta erat
promissio hic exprimuntur Di
xerat enim ipse cristus petro re
presentanti ecclesiam verba pro
missiua Tibi dabo claues re
gni celorum hic sine aliqua
promissione dicit omnibus aplis
seu toti ecclesie quecumque alli
gaueritis super terram erunt
ligata et in celis etc Secundo
notatur quod hec concessio est facta

eccl(esi)e i(n) om(n)i stabili firmitate
patet per uerbu(m) q(uo)d i(n) donacio(n)e
promittit(ur) Amen q(uo)d not(at) iu-
rame(n)ti aucta(tem) Tercio q(uo)d in
hys uerbis i(n)telligit(ur) co(n)cessa
potestas eccl(esi)e no(n) limitate ut
i(n) certis casib(us) sed i(n) om(n)i pleni
tudi(n)e patet ex sig(n)is v(er)bis
quecu(m)q(ue) alligaueritis et que
cu(m)q(ue) solueritis per que p(ro)tas
dicit(ur) co(n)cessa o(mn)ib(us) apostolis
et eoru(m) successorib(us) Quar
to notat(ur) ex dicta aucte q(uo)d
cristus volu(i)t iudiciu(m) eccl(esi)e
esse maius ac sup(re)mu(m) i(n) t(er)ris
et huic iudicio eccl(esi)e et ip(su)m
petru(m) siue papa(m) debe(re) acq(ui)esce(re)
et obedire p(atet) q(ui)a uerba pre
dicta si peccauerit (et)c(etera) cristo(s)
dicebat ad petru(m) Si ergo pe
tru(m) i(n)stituit recurre ad iudi
ciu(m) ecclesie p(e)ccator post iudi
ciu(m) eccl(esi)e no(n) deberet repu
tari ta(n)qua(m) publicanus re
staret ei iudiciu(m) petri qui
ta(n)qua(m) superior examinare de
be(re)t iudiciu(m) eccl(esi)e cu(m) ergo di
cat(ur) petro q(uo)d i(n) corrigibilitate
fratris debeat referre ad iu-
diciu(m) ecclesie et no(n) ecclesia
ad petru(m) seq(ui)t(ur) q(uo)d iudiciu(m) eccl(esi)e
sit maius sup(re)mu(m) et finale

Ite(m) q(uo)d papa i(n)cludat(ur) sub iu-
dicio eccl(esi)e ex eo probat(ur) q(uo)d
a correctio(n)e fra(ter)na nemo si
deliu(m) excipit(ur) Cu(m) et quelibet
liceat fra(te)r(n)e corrige(re) et si
no(n) audiat iuxta doct(ri)na(m) pre
dicta(m) debet deferri eccl(esi)e
Ita eci(am) si papa nolit fra(ter)ne
correctio(n)i acq(ui)esce(re) debet de
ferri ad iudiciu(m) ecclesie
frustra au(tem) defert(ur) si eccl(es)ia
no(n) haberet potestate(m) i(n) eu(m)
fere(n)di iudiciu(m) Ex quo videt(ur)
posse i(n)ferri q(uo)d nedu(m) pro no
torio c(r)i(mi)ne ecclesia(m) sca(n)dali
zante sed pro alio quocu(m)q(ue)
de quo papa fra(ter)ne amoni-
tus nollet se corrige(re) lice(re)t
eu(m) ad iudiciu(m) ecclesie deferre
Sic et qui secrete amonitus
no(n) corrigit(ur) licet eu(m) amo-
nere cora(m) vno uel duobus
testib(us) ita cora(m) hys amonitu(m)

si no(n) acquiescit licet deferri
ad iudiciu(m) eccl(esi)e Cu(m) ergo p(a)p(a)
no(n) eximat(ur) a p(ri)mo et secu(n)do
gradu huius correctio(n)is fra
terne ergo nec a tercio vide
licet ut dicat(ur) eccl(esi)e Unde
illa auctoritas Dic eccl(esi)e
et si iuxta come(n)t(a)t(orem) Sim(i)l(iter) ex
ponat(ur) de prelato tam(en) sicut
prelatus i(n)ferior cu(m) amonitus
co(n)tempnit opportet dici no(n) sibi
sed prelato superiori Ita est
de summo prelato cu(m) ip(s)e no(n)
habeat prelatu(m) superiore(m)
se si correctus doctri(n)e ewan
gelii nolit acq(ui)esce(re) oportet
dici eccl(esi)e si simul co(n)gregata
haberi potest Sim(i)l(iter) aut(em) sic
concilio generali ip(s)a(m) repre(se)n
ta(n)ti cui papa obedire tenet(ur)
et si no(n) obedierit poterit
puniri ex quarta supposicio(n)e
Veru(m) e(st) ei docume(n)tu(m) ap(osto)li
om(n)is a(n)i(m)a potestatib(us) subli
miorib(us) subdita sit Romanorum
xiii Nec ab hac v(n)iuersali-
tate excludit(ur) a(n)i(m)a pape
Ecce ei habe(mus) ex auctoritate
ewangelii et dict(is) sa(n)ctoru(m) pro
batu(m) potestate(m) eccl(esi)e esse
superiore(m) potestate pape et
quacu(m)q(ue) potestate i(n) terris
Et q(uo)d d(icitu)r de v(n)iu(er)sali eccl(es)ia
i(n)tellige(n)du(m) e(st) de concilio gene
rali l(egi)t(i)me co(n)gregato q(uo)d ea(m)
representat ex quarta suppo
sicio(n)e

Veniamus ulterius ad decreta
sa(n)ctoru(m) conciliorum et i(n)cipiamus
a p(ri)mo et recipiamus i(n) manus
nostras quatuor concilia de
q(ui)b(us) fit me(n)cio i(n) actib(us) ap(osto)lorum
In p(ri)mo naq(ue) concilio de quo
Actuu(m) p(ri)mo de electio(n)e ma
thie i(n) apostolatu h(ab)et(ur) q(uo)d
licet petrus q(ui) p(ri)mus erat
Unde dicit(ur) Exurge(n)s petrus
i(n) medio sic ceteris honora
bilior et prout spectat ad
preside(n)te(m) p(ro)posuerit et con
cluserit sic facie(n)du(m) Actus
tam(en) q(ui) videt(ur) nota(bi)l(e) auctori
tate et iurisdictione fuerunt
o(mn)ib(us) comes Na(m) dicit de o(mn)ib(us)
q(uo)d statuerunt duos et dederunt

eis sortes et cecidit sors sup Mathia et ecce dicit statuerut et no di petrus statuit

In secudo uero concilio De quo act vi hec auctas eccle et concilij ipam representat clarius exprimit Na dicit ibide qd duo decim apli conuocates multitudinem discipulorum dixerut Non est bonu nos derelinquere uerbu di et ministrare mensis considerate ergo ex uobis septe viros bon testimonij plenos spu scto quos constituamus sup hoc opus et infra di qd imposuerut eis manus Constat aut qd hec manifeste notat i oibus aplis esse comune auctoritate qa di constituamus No di petrus co stituit Imposuerut no di petrus imposuit Ex istis infero duo p̄mu qd nedu statuere sed etia ad concilium conuocare e comune no soli petro sed ecia oibus aplis pz ex illo uerbo cu di Duodecim apli conuo cantes &c Ex qua scriptura ortu habe potuit decretu concilij constantien de ppetua conci liorum generaliu i futurum celebratioe Secudo infero qd no solu tractare causas fidei sed etia ministros eccle i eorum officijs et beneficijs instituere pertinet no ad solu petru sed etia ad oms apos et eorum successores pz ex illo uerbo cu di Quos constituamus sup hoc opus facit ad hoc qd di ad Titum i Vbi paulus madauit archiepo Creten con stitue epos per ciuitates et ita no ad solu petru hoc p̄tinere videt Et ita hodie de cretatu e i concilio generali qd archiepi examinata electioe electos i epos confirment ut res redeat ad eu statu i quo prius fuit

In tercio aut concilio De quo habet Actuum xv satis hoc ide clare patet Cu eni Nato bus ultio uiditau No dixit

qd petrus qui prius erat uindica uit Sed dixit Symo narrauit Epla etia no noie petri sed aplorum et seniorum ministrorum nominibus facta di Cuius concilij tercij gesta diliget sut memo rada qr ibi actio concilij dicit esse comunis spu scto et illis q erat i concilio Dicit eni ibi Visu e spui scto et nobis Spui scto taqua rectori con cilij qui errare no pt

In quarto concilio De quo actuum xv patet ide quado paulo fuit iunctu a congrega cioe seniorum ut deberet se confor mare i cerimonijs legis Mo saice Actio ibi notat comunis qa subdit hoc ergo fac qd t dicimus Sicut qd petrus acquiesceret iunctis sibi et ordinatis p con cilium et qd obedierit concilio patz manifeste Act viii Vbi di qd audientes apli qd Sama ria recepisset uerbu dei mi serunt ad eos petru et Ioha ne Et petrus absq ulla dis cussioe stati iuncta apleuit Missio aut de sui ratioe signifi cat auctoritatem i mittente re spectu missi

Ite patet hoc ex concilio ma gno Niceno sub Iulio ppa et constatino principe celebrato Vbi inter cetera di sic hec e fides qua exposuerut p̄res p̄mu quide aduersus Arriu blas phemate et dicete creatura filiu dei et aduersus omnem he resim extollete se et ei insur gete cotra catholica ecclia qua cu auctoribus suis dapnat apud Nicea ciuitate trecenti xviii i unu congregati quorum nota cu prouincijs ibide sut subscripta Ecce manifeste appz auctas concilij i concilio Nice no representate vlem ecclia sz qd concilium ht potestate iu diciaria patet ex uerbo damp nat qd notat sne prola tionem

Item patet ex Concilio affricano in quo cum legati pape osten-
dissent litteras et proposuissent inten-
tione sua remissio fuit facta
ad decreta Concilii Nicem pro
deliberatione super proposito facien-
da Ecce reverentia decretorum con-
cilii generalis

Idem patet ex aliis conciliis de
quibus per Ysidorum in libro conciliorum
in quibus reperitur sic dictum Sancta
Sinodus vel sacrum concilium sta-
tuit vel diffinivit declarat
anathematizat vel placuit aut
placet sancte Sinodo Et in subscrip-
tione Episcoporum qui intererat
Sinodis reperitur sic dictum Ego
N Episcopus diffiniens subscripsi vel
iudicans vel statuens Et hoc re-
peritur sic factum fuisse in qua-
tuor conciliis que dicuntur tante
auctoritatis ut quatuor ewangelia
similiter in aliis quatuor que
otto iurat papa in sua profes-
sione in principio sui pontificatus
Unde de irrefragabili observa-
tia statutorum generalis con-
cilii dicit beatus Gregorius Secundum
et non illa deseruit quisquis pre-
sumpserit absolvere quos ligat
vel ligare quos absolvit xv
q. sicut sancti Et multe sunt
alie auctoritates notabilissime
sacrorum conciliorum in quibus cavetur
de observantia statutorum Sino-
dalium

Item patet auctoritas concilii gene-
ralis supra papam ex decretis
Concilii Constantiensis famosis-
simi cum Johannes papa vice-
simus tercius in principio presi-
debat Cum ut habetur in gestis
eiusdem concilii ipse Johannes
papa de constantia clandestine re-
cessisset ex eius recessu quidam
putabant concilium esse dissolutum
statim successive facte sunt tres
sessiones in quibus decretatum est
quod per recessum pape et pre-
latorum certorum non esset concilium
dissolutum sed quod remaneat in
sua integritate et auctoritate Item
decretatum est quod ipse Johannes
non posset mutare aut trans-
ferre ipsum Concilium Constantiense
ad aliud locum neque ipsam curiam
ibi tunc consistere decernens cen-
suras per eum factas vel fiendas
in contrarium irritas et inanes
Item quod non crearet novos cardi-
nales quos voluit pro non car-
dinalibus haberi nec prelatos
transferret in preiudicium Con-
cilii Constanciensis Item tunc de-
cretavit duo decreta de potesta-
te conciliorum generalium Item
in alia sessione indixit certam for-
mam procuratorum per quam Jo-
hannes papa vicesimus tercius
debet renunciare papatui seu
constituere procuratores ad renun-
ciandum Item eadem Sinodus postea
contra eundem Iohannem protulit
sententiam depositionis et eiectionis
a papatu propter simoniacam pra-
vitatem et dilapidationem bonorum
et alia scelera de quibus fuerat
concilio delatus Ex quibus manife-
ste apparet an concilium genera-
le habeat iurisdictionem supra
papam quod quilibet sane mentis
cognoscere potest Item patet hoc
idem ex sessione xxxix concilii
Constanciensis ubi factum est decretum
de perpetua conciliorum generalium
in futurum celebratione ubi sta-
tuta est etiam forma iuramenti
quam quilibet electus in romanum
pontificem prestare debet Et inter
ceteras clausulas inseritur hec
quod papa iuret se tenere fidem
secundum traditionem sacrorum ge-
neralium Conciliorum Si ergo
iurare debet servare fidem
secundum decreta Conciliorum non
videtur quod ea passim possit ad
suum libitum revocare Itaque cum
concilia generalia infligant pe-
cauit Neqz omni vna ut altera
doctrina callet ut quidam ex nris
q vna ac nimis nota sciencia
superbientes contempnunt ceteras
artibus septe quas liberales
vocant Sic a puero imbutus e
ut omnia prescientia sint Phos
omnis nouit hystoricos poetas

Cosmogrofos Theologos Na
et sacris eius artis initiatus est
Juris aut ciuilis pontificii noti
cia hit, nec mediciaz ignorat
Extra sciencia e hominu quibus illi
cultu e, prouincias plurimas
peragrauit principes xpiane
reipublice maiores adiuit In
rebus maioris usatus e, et domos
et regimina ciuitatu e expertus
Ad si vnqz beata futuraz spe
rare ecclesia licuit Sub hoc po
tifice spes ista florebit qui re
ctore eius studie z sapiencie cotigit
Nunc wlgo dicit, exclusis vicijs
virtutes et doctrinas imperiu ha
bituros origo illi ex Sarazana
e Ad Januensiu e opidum i Tu
scia iuxta legusticu mare ubi
nunc sedes lunensis e honesto loco
natus e, maiores quidam eius ex
luca, quidam ex pisis profectos
Sarazam aiunt, armis i pon
tificatu nullis uti wlt nisi qbus
Ecclesia utit z In crastinu electio
sue duos Cardinales ad Regem
Aragonien transmisit Vicecan
cellariu et camerariu ille con
quatuor comites ad summu po
tifice oratores destinauit, qui
publice sic coctionati sut Gausa
e Regia Serenitas ex tua pro
mocione scitisse pat Na et sibi
et toti ecclie ex inde bene sperat
Comendat se tue serenitati, et
offert regna, et arma, coronati
se scit qz negt adesse Iussit
nos uenire suo qz noie corona
tione honorare hilari fronte
hos excepit, pontifex gras qz
et regi et oratoribus egit, ubi
dies coronatiois aduenit Af
fuerunt omnis urbis barones
circumvicine ciuitates legatos
miserunt Multi sua sponte ve
nerunt Ingens multitudo ad
spectaculu confluxerat Ciues
ubi transiturus papa fuit vias
quaslibet pannis adornauerunt
texerunt qz, summo mane cepta
res e Crucē ante pontificez
Eneas portauit i subdiaconoz
acceptus ordine Epistola vnus
ex comitibus latine et alter
grece decantauit Cardinalis
sti Angeli Ewangeliu latine
et abbas quidam grece, missaz
ipse summus pontifex celebrauit
aqua ter recepit Prima ora
tor Ciprianus Gerdaz Aragonien

Tercia mixtalis protopiq dedit
qs Cardinales omis qz prelati
obediecia pape prestiterut / qm
pmu aut Ecclesia itraut ante
porta Canonici Eccl(esi)e eade fere
acclamatu ibi e iuxta corpora
beatoz petri et pauli Nicolao
qnto a deo decreto sumo potifi-
ci et vniusali pape vita / lectis
qz letanys per Cardinale de
Columpna gradati per sctos quos
libet Tu illu adiuua Cui ac
clamat sut aduocati auditores
Secretary accoliti et Subdiaconi
scli(cet) acclamacio fit i patriar-
che lateranen ubi missa finita
e ad pulpitu it / qd i gradibo
porticibo e ante vestibulu tepli
illic solo ascedit papa Cu
Cardinalibo Eneas qz cu ceteris
et clerici ceremoniaz duo / ibi
prestita rursus obediecia per
cardinales pmo dyacononoz
Cardinalis a Columpna accla-
mati vniuerso ppls kyrieley
son Corona capiti scto impo
suit / hys pactis prelati baro
nes qz i equis sut Sed Ab-
bates Epi et Cardinales eqs
albis vestis isidet tria ante
papa vexilla ferut / et vm
braculu pmu corp(us) xpi ante
processioz portat / meta qz cu
luminaria rosa aurea i ma
habuit potifex sinistra dextra
pplo benedicte se iniut Equm
ergo eius per vicos ducebat
Nuc protonius nuc Aragonien
Nut Barones apud monte
Iordanu iudei lege potifici
tradiderut / qua ille no damp
naut sed itemptes Sic itu e
ad sctm Johane ubi lectis
pactis ceremonys ille fue
rut pltie / qz prelatis et do
ctoribo pecunie date sut
Cardinalibo duo argetei
pmo aut aureo Alys aureo
et argeteo Longu Jeiunium mu
ta qz vexatioz hec pecuia co
pesaut que eo dulcior fuit
qz cu sine laboz veit / Apud
Lateranu solene pallaciu e
et isigne claustz monachoz
qd Eugenius reperator edi
ficioz vrbis rector qz mona
sterioz struxerat papa i pal
lacio Cardinales i claustro

comederut Nos Cardinalis
scti angeli hospitos habuit
post pradiu ad sctm petz
per cand via reditu e / ia
nocte madauerat potifex se
ut scepe accederem paruimus
no tpiti lras cofirmacioz ge
stoz petiuimo obtinuimo
gratas pleras qz et pro nob
et pro amicis petiuimo Indu
anuit itero negaut Cu ne
gaut sic locutus e ut no se
difficile / sed nos iustos oste
deret Neque Enea nulla ne
gatio lesit nisi que Johani
Capristo Secretariatu negaut
No tame potifici sed annectte
qz imputaret post sue Co
ronacionis lras Regibo et
pricipibo scribe iussit Id oibo
iferri uoluit se Camera apo
stolica ad istituta veterz re
ductoz dixit et nobis se
velle prioribo exactoibo
vti causa qz illoz bella et
magnas expens rescriptoz q
exposuit iquit / ubi no debet
et ubi no debet recipere co
git Ita e eqo capit impie
q donat superflue Et recipiet
et dat / moderade sut mano
Post coronatione reuerso /
Alfy Reges Aragonu oratores
venerut tres Tunc sue ma
iores comites duo qz milites
quoz vnus etia doctor fuit
hy publice i Cosistorio obe
diecia solene Nicolao potifici
prestiterut Oroz habuit
vnus ex eis q sepius respectaut
ad presetia potificis / paululu
moratus tame ornate senten
ciose qz respodit ut omis i
admiracioz sui couerteret
Post hec aduenerut pariu-
sini oroz qz iure cosulto di
gna habuerut sut parusinis
uti mano sic et igenia pro
promta aduenerat Roma
quida adolesces ex parusinis
ciuibus annoz septe et de
ce natus Egregia idole lau
rentu nisi faller vocabat Is
etia ordine ornata grauiqz
potifice adortus e / memoria
illi eterna fuit / mel Ciceronis
icipere poteras / qd ille no
prosequeret / fauet igenus

Nicolaus adolescentie qz benefa
cturus credit. Na et suado
hyspano summa doctrina Juuem
initio sui pontificatus pingue
beneficium contulit Expectauimus
subinde legati ad Germaniam
venturi creatione iterrogati qz
ac iussi opinionem dicere Cardi
nalem sancti angeli commedauimus
papa et si illo pp̄t res hyspa
nicas egre caret Natio
tu germanice uoluit complacere
Nuo legato pronunciato et
per Cardinales ut e moris
domum usqz associato Itineri
nos accinximus Expeditis qz lris
tercio kls aprilis ex urbe re
cessimus oratores Florentinos
ad primum lapidem obuia habuimus
Senenses in Bulsene et reperimus
Bononienses paz extra florenciam
maiore ebdomada et pasca
alt' nostru Senis alt' flore
ncie fecit / florentini aduersos se
neses represalias concesserant
eaz ob causaz Saluumconductum
Eneas petebat Nussus qz
erat unus ex familia pap
illum conducere Sed illo ad diem
non veniente iussis familiaribus
sequi Ciuitatis vestibus Eneas
solus precessit Casu qz in via
famulum qui adueniebat inuenit
Sic expectans familiaribus
florencia uenit Unde simul
iter fecimus apud Thuranum
quod modernum Tagliamentum
vocant / ingens distrmine eius
simus solutis in alpibus niuibus
magna qz pluuia inundauerat
fluuius peregrini qua plures
aderant transuadere cupientes
Equi et homines simul uehuntur
ubi ad cursum nauis uenit ue
locior sagitta in ripa fertur
peregrinum timentes submergi
in terra saliunt corda qz na
uis percussi omnes prostrati
duqz periculum fugiunt nauis
inuadit complures tybias bra
chia qz lesit Nauim qz ob
fuit ne in naue ripa qz
temptari mereret. Post xv
kls May ad te reuersi sumus
In via recepimus oratores
venetorum philippi qz ducis

Mediolani Roma missos simi
lit et Januenses papa sic
dixit nobis mitti wlt pater
Italie componere ciuitati animi
sunt / fama erat delphinum in
Italia uenturum ope qz philippo
laturus erat et qui duce Saba
die in partibus philippi duceret
Sed vicit oia diligens cura
sepe res fieri vidimus cum mi
nime speraret / multa hunc
pontificem fortunate reperiunt
forsitan et hoc sequetur Ne
pe dum Rome fuimus complu
res hyspanos Catellanos
Gallos Germanos qz vidimus
qui mores curie detestabant
recessuros qz se dicebant qui
postea sub moderno pontifice
nec si pelleret abituros se
affirmabant Sic probitas
unius patris omnes allexit
Aquensis Archiepus et orator Re
gis Renati nichil se dubitare
aiebat / quin Rex francie tota qz
Gallia modernum pontificem sequeretur
Hec sunt iclite Rex que nostra
in legatione vidimus audiuimus
fecimus sed mandatis tuis rite
paruimus / si bene res acta e
deo gratias referto qui tuos di
rigit actus pterito qz et pnti
pontifici votiua expeditionem
ascribito Cum te amantes m / / no
chil tibi ~~dare~~ condere potuerunt
Si quid erratum e tue qz contra
veli volutati ne malicie ne
desidie sed ignorancie atqz im
possibilitati deputa Nos cum
in recessu nostro ex liberali
tate summi pontificis fmus centu
aureorum qui in via letificaret
accepimus tunc nunc e promissa
suarum reuocare saluum condu
ctum inouare declarationem ma
dare omnibus ut pontifici obediat
Nicolao legatum dum aduenerit
honorifice suscipere et in hys
que restat innuare hoc si fe
ceris non obseruator non viola
tor promissorum iudicaberis
Na que promisimus te obli
gat animositores qui tibi ad
herent fautes subsignati viam
precludes Neutralitate
quia difficult' exuisti non
reintrabis Etiam cetis eruditis

tius et vngarie / maxie pa
pa tibi affectuosissim reddes et
ad corona imperij sitispieda
iter habebis apertu vale

Oratio Enee

Non habet me dubiu pat
sctissime quin apud te sit illa
domus qua dns supra firma
petra laudat edificata ad qz
recurrend e regnate diluuio
Nā extra eā no e salq et
cuius decore se dilige pheta
testat persuasūqz m ia dud
fuerat i hoc amplissio loco
nemine loqui dececre Nisi qt
sūma doctna ul aucte uel
vite sctitate prestaret / Rursus
quoqz michi hic afferri debat
oportere nisi perfectu īgenio
elaboratu īdustria · rebus qz
ipis illustratu esset Nec
immerito ni fallor qz ci alit
ul cora te sūmo potifice celi
regni clauigero ac iesu xpi
vicario ul cora hijs grauis
simis ac sapietissis patribus
comedet verba facies · hoc ego
cu alis ad te missus mecu ta
citus expedissē i tue sctitatis
cōspectu tacere potius qua
loqui voluissē Sed qm solq
ctā q legatiōs regie o munus
obiba / qd volūtas refugit ne
cessitas impellit Nuc vero
secudo ad te remissus sperabā
nobilis viri ac clarissimi col
lege mei beneficio et eloque
tia hoc fuste leuari qui et
prudecius et grauius et orna
tius mlto qm ego desideriu
Regiū Electorq qz pricipu
expleuisset Sed nescio quo
factu sit ut michi potissie
michil apto et forsitan q ceci
animal fui uel qz sū ytalus
habe no michil lateris cuiqz
ul noticia ul cois patria
credit In me aliud michil
e qd in preteritis dicedi fa
ciat necessitate At ego si ma
gna e iubetis imperiu et si
parere maioribus cupio nul
latenus tame i pncia tua
alloqui sctitate fuissē ausus
Nisi res me ipe de quibus ager
e maxie et reipublice xpiane
et plurimu necessarie comouis
sent nisi et ams illi daret quos
noia uba fiet Sublimes altiqz
pricipes quos ītueberis du me
audies et qd tue michi negas
sent aures / prestabut illis / ne
ci ul parua sit ul ab ingratis
missa pricipibus que michi ora
da icubut Ceteris qz moris e
cora te loquetibus breuiuscula
sibi aliqua vnde exordiat ex
sacris lris sctēciola assumere
no aduersabor ipe cōsuetudini
qua disce magis qua doce opor
teret Int auctoritates autē
quas sacrosctis possu ex codi
cibus mutuare nulla michi
aptior nulla qz uro conuenici
conuenienci pposito visa est
illa qua nobis paralipome
non affert Morabat i pre
sidijs iclitus dauid accesserut
cu viri Beniamin et Juda
qbus obuia dauid egressus si
pacifici venit iqt ad me ut
auxilietis michi / cor meu iu
gat nobis / si aut isidiamini
michi pro aduersarijs meis cu
ego iniqtate i manibus no
habea videat deus patru
nostrorum et iudicet / ad que
illi tui sum9 o Dauid et
tecu fili ysay manebim9 Pax
pax tibi pax adiutoribus tuis
te adiuuat deus tuus aptis
sima satis michi videt ad no
stru pposita verba queris
ci forsitan a nobis pat scti
sime / an amici venerim9 / qd
queram9 qd offeram9 Du nos
nomine no nos ipos assumis
nuncios sed dominu Cezare
ffredericu tue sctitatis deuotis
simu filiu ac preclarissimos
pricipes et Reuerēdissimos
patres sacri imperij electores
tu proceres ac prelatos t
deuotissios / tu quos hic ora
tores vides itelligi volo
Sum9 igit no solu amici s3
ctā adiutores pacē afferim9
pacē querim9 / atqz cocio cu
filijs Beniamin et Jude dicim9
pax pax tibi pax adiutoribus
tuis te ei adiuuat deus
tuus plena pacis peticio e
plena pacis oblacio Pacis

nome ut iquit orator dultis
e et res ipa tu totuda tu sa
lutaris qui prestat pacis co
silia teste sapiete legit cor
gaudiu Dus uero i ewangelio
beatos pacificos tradit Adeo
q iubet i eplis doctor getiu
ut que sut pacis querat Merce
de q repmitten pace igit
habete et deus pacis et di
lectiois erit uobiscu Hunc
igitur ta sete rei ta utilis ta
necessarie ta comedate et
nucij et petitores sumus At
ptea repetimus pax pax tibi pax
adiutoribus tuis te ei adiuuat
deus tuus Super hys uerbis
tria iacimus ntre oronis fudameta
et que ultia sut uerba thematis
prius recepimus ostedemus e ei quo
te deus tuus adiuuet Dum
Germanie pncipes i tuu ecci
git auxiliu mostrad e qua
ferimus pace Dicem e qua tu
primus Sic ei et pacificu tuum
esse aduetu itelliges et cor
tuu sic speramus nostris iu
get pncipibus erut q illi tu
et manebut tecu impetuu
Adiuuat igit te deus tuus
Beatissime pat adiutores naq
tibi Germanie pncipes // cos
qui dedit altius sut aliqua re
peteda et quo pacto nu te
iuuat pncipes disseredu e qd
breuiusse facta horto pride
apud Basilea distidio qd oibus
notu e doluerut imperij sa
cri pncipes du wlneratam eccle
siam et icosutile xpi tunicam
scidi uidebat Mox q ad com
poneda i eccia pace nauare
operas statuerut Quod ut
comodius faceret utiq natos
sediciones factios euitaret et
protessibus cotrarys iuoluerent
qbusda protestatioibus usi sunt
Deuotione tamen sua qua erga
te sctam sede apostolica gere
bat nichil propterea immiuue
tes Sic aiorum suspesio orta e
hac albertus i delebilis me
morie Romanorum Rex secutus
est huic et inuictissimus nost fre
dricus Cesar assesu prebuit
Tu ne a suis electoribus co eoi
getibus dissetiret Tu ne plus
sapere velle videretur qm suus
sapuerat antecessor Sperauit
q Regia serenitas uel parem
exemplo reperire uel melius re
cognoscere elaboratu e sepe
et multu pro cocordia Sed qzuis
tua sctitas semper bene cosuluc
rit pro nullorum tamen culpa
factu e ut omis icassu conatus | hactenus
abierit ut frustra pncipes
sepe couenerit frustra q nuc
huc nuc illuc transmisse fue
rit legatioes Ea de re statuit
regia maiestas statuerut et sui
principes modu suspesionis
aiorum pone couenimus q imper
francfordie parti personalit
parti per legatos ac sictes
te illi succede sui dictu e ro
gaui pro te ut no deficiat fi
des tua Et tibi dabo claues
regni celorum et pasce oues
meas et pluria hys cosona
cecca wlgata q via obedietia
tibi pbere decreuerut Et q
nonulli aderat ta ex Basi
lea qua exalys locis q loge
alit setiebat et alit suadebat
magna cotetio fuit et anceps
prelium Nuc huc nuc illuc aci
es iclinata cu leuasti manus
hoc e cu oratores tui benigne
respoderet ex parte tua nostrorum
q pncipu validius pugna
batur Cu uero brachia remisi
sti hoc e cu oratores tui dutu
ores fuerut langwidior erat
cursus tuorum vincebat q aduer
sary Similis pugne facie
habuimus i Exodo Secucto
naq iter populu dei et ama
lech prelio ascederut moyses
et aaron et ut i vertice collis
Josue uero cu electis viris pu
gnabat Cuq leuabat moyses
manus vincebat isrl Sin aut
paululu remisisset supabat
amalech ut sim breuius non
coaptabo singula ut possem
singulis satisfacere Sed uera e
Crisostomi sntia no cessat im
pugnari Eccia no cessat isidi
as pati sed i xpi noie supat
semper et vicit et qzuis aly
isidiantur qzuis aly repercuciat
ea fluctibus fudametu tamen
qd supra petra e no quassatur
exploratu e quod igit clarius
xpi esse Ecclie solet et tuc
vicat cu leditur tuc itelligat
cu arguitur tuc secura sit cu

deserit Quis obtineat tu superbe
videt Naz et si millotiens despe
rate res audiret, adeptzemiti
tame tu ante oculos est omis
tue sanctimonia vite tua cleme
cia tua liberalitas tua beni
gnitas posita e Impletu e qd
igt sapiens tu placuerit dno
vie hois etia inimicos eius co
uertet ad pacem Ad pacem naqz
no solu regia maiestas que
tibi semper deditissima fuit et
quasi alt Moyses pro te pugnat
Non solu pricipes q electores
atz alij qui quasi viri electi
tuu statum tuu qz decus tue
bat Sed complures alij qui
malignandi causa confluxerat
pmoti sut ac i tuu uersi fa
uore Quibus ex rebus mani
festis e q deus tuus te ad
iuuat Germanos qz pricipes
tibi efficit adiutores qd fuit
orois nre mebru pmu ppt
qd diximus pax pax tibi pax
adiutoribus tuis te ei adiuuat
deus tuus Sed no mostra-
uimus adhuc btissime pater
qualis et quanta pax e qua
tue scitati offerimus Mebru naqz
scdi destinata materia fuit
qua nuc breuit absoluimus Ni-
chil certe uereri clemetissime pat
si magnu esse atqz amplissimum
dixeri munus q apostolice se-
di ia sumus exhibituri No
et unius urbis unius provincie
unius ue regni sed maxi et
inclite nois Theutunice Nobilis
sime qz atz latissime nationis
germanice declaratio et obe
dientia sumus prebituri Quod
si gloriabundus de suo pplo di
cebat Moyses Nec e alia na
tio tam grandis que habeat
deos appropinquantes sibi sic dns
deus nost adest cunctis obse-
crationibus nris Quic e ei illa
gens tam inclita et cetera istius
modi quanto magis de natione
Germanica lz nris pricipibus
gloriari que ab alpibus Italie
usqz ad occeanu et a reni
fluento usqz ad i tartarorum bar
barorum protensa tot splendidas
urbes i se cotinet tot latissimas
prouincias tot amplissima regna
tot ueneradas ecclias tot po
tentes pricipes tot pplos tot li
nguas diuersas Neque si teste
sapiente i multitudine ppli dig
nitas regis et i paucitate ple-
bis ignominia pricipis Ingens
gloria e nostris pricipibus
ingens dignitas sed maior tue
scitati iam imminet que decla
ratio et obedientia recepturus
e nacio huius In qua no solu
pricipes ac reges potentissimi
sut sed ipm regnorum omnium ca
put Romanorum Imperium est
constitutu Recto dictu e beatis
sime pat per duo luminaria
magna que deus i firmamento
fecit scitatz apostolica sede et
imperiu sacrum significari Duo
sunt isti unus ex antecessoribus
tuis qbus pricipalit hic mundus
regitur Regalis potestas et au
ctoritas sacra potificum preco
nuc apostolica sede que nichil
aliud e quam refugiu ac pa
trociniu orbis terre tacco de
sacro Romanorum patrum collegio
cetu qz Cardinaliu qui recte
mundi consiliu totius qz militantis
eclie Senatus appellari pt
Quos sacri imperij sacri priui-
legia possit exprime Quos sacri
augustalis culminis perornare
valeat dignitate Sub augusto
nasci Saluator et censu ferre
dignatus e dragma pro se pe
tro qz soluit et reddi que Ce
saris esset cesari iussit diuinu
oraculu Datu qz ex alto sus
cepisse priuilegiu Cesarea
sublimitate quidam astruunt ut
imperio stante nichil sit cur anti-
xpi formidetur aduentu Sic et
Iohannes uerba commentatur qui
tenet teneat donec de medio
fiat ac huius amplissime dignitatis
potesta potestas et auctas
i dominum cesare Fredericum
legittimo iure translata est
Huius igit maximi pricipis mundi
domini i omnis qui regnat altio
ris suorum qz pricipu et nationis
Germanice debita ex nobis
recipies obedientia sed qm
de natione loquimur hec e illa
natio pat sancte que viros et
industrios lxatina capaces

rei militaris peritos / patris
cupidos fidei zelatores / et ad
oia natos quecumqz agunt / Hec
e illa natio / que no mo huc
modo illuc sed semper ide vult
qn rectu e qd sola vult / Hec
e illa natio que nec leviter re
cipit aliqd nec facile deserit
qd si post dissidiu ortu / ani
moru suspectione secreta videtur
reliquere / confide qr tecu diu
cius manebit Nec divelli umqz
a tua devotioe poterit Atqz
ista pax e / qua tue scitati af
fectus / ppt qua dicimus pax pax
tibi pax adiutoribus tuis te ei
adiuvat deus tuus At si pate
huiusmoi cupis pat scissime que
admodum cupere te confidimus opus
e ut nationi quoqz Germanica
beneficio pacis impartiatis
ut sit pax etia adiutoribus
tuis Qs ei sit pace alys
largiatur ut pacis ipse rema-
neat expers Qs pascit gre
ge et de lacte gregis no ma
ducat Qs os triturantis alli
get bovis Afferunt pace Ger
mani principes sed pace eam
expetunt Cupiunt naqz aliq
que nisi obtineant q nec civitati
plenera putant nec pax nationis
haberi Ea quatuor principalia
sunt Primu e ut generale
concilium i tpe locoqz designando
convocetur Alteru ut professio
potestatis auctoritatis et pre
eminentie generaliu Conciliorum
catholica militante Ecclesiam
representantium per oratores Franc
ofordie facta tuis lris app
betur Tertiu e ut nationi Ger
manice sup gravaminibus opor
tune provideatur Quarto et
ultimo loco petimus ut qe i pre
iudiciu duoru principum electoru
aut suaru ecclesiaru acta sunt co
tue scitatis clementia revocentur
et i pristinu singula statu
redigantur Quibus per tua scti
tatem concessis / pax firma i
erit pax apostolice sedi pax
nationi Germanice / pax tote
ecclie / Seorsum ista sed breviter
et succincte libabimus Conciliu

sane postea petitur / qa plurima
sunt i Ecclia reformanda nedum
i pplo / sed etia i clero et pro
videndu e ut ois disciplina com
es i Ecclia sapiat Et habet
hec petitio plurimu hone
statis Nec quiqz e / q no pu
tet honestu generale con
ciliu convocari Venerabile
e et i oim pplorum gentiu na
tionu qz reverentia / genera
lis concily nome Tanta qz
Conciliorum dignitas e / ut eo
rum no solu Romani pon
tifices / sed ipi etia Cesares
i gente gloria sunt assecuti /
Preterea que multis i locis Si-
nodaliter et utiliter gesta sunt
In Constantiensi Concilio scis-
ma quod annis circiter Sex Qua-
dragita vexarat Ecclia abolitu
est / ex quo fit ut honesta /
sit et scta concily petitio Sup
qua te plurima dicemus Nisi
qr te numqz cuiusq i convocatioe
concily repugnare Si que ul
olim Alberto Regi oblata
fuere / ul que nuper Franc
fordie tiu polliciti sunt ora
tores / memorie repetamus /
Sed migramus ia ad petitioz
secunda cuius tenore supertius
recensuimus Scimus btissime pat
i ea te sede sede / que cardo
et caput ut factu e a dno
et no ab alto e constituta Et
sic cardine hostiu regitur / sic
huius scte sedis auctte ois
Ecclie dno disponente regitur
Nichil e / qd aut regia ma-
iestas aut principes sui de
tua ul fide ul sinceritate
iusserit Sed commemorat queda
rumore sinistru de auctori
tate Conciliorum q plebi huiusmoi
videbatur / hys nunc penitus
tuis lris extinguendu e Co
sueverunt antecessores tui
clementissime pat / quos tu no
solu sequeris sed equas ac
precedis benefaciendo obmu-
tescere facere malorum hominu au
dacia / Dum ratione oibus de sua
fide reddebat Nec novu e
nec usurpatu Romanos po

fices Romanis Regibus sue
fidei puritate restituebe Bts
Gregorius cuius vita sanctior
an auctas maior fuerit
incertu putes sic quatuor
Ewangelii libros sic quatuor
concilia se suscipere ac uene
rari fatetur Nos tamen lata
nec tam magnifica de te Beatissime pater
petitur Sed solum quod supra
diximus quod habeat sanctissima sedes
non hesitamus assequi cuius
sublimitas in humilitate fun
datur cuius auctas in honestate
stabilitur cuius est omnia facere
quibus salus queritur animarum et
omnia fugere quibus scandalizari
fratres queant Duas iam
peticiones absoluimus modo quod
super grauaminibus dicendum est au
diat oro benigne sanctitas tua
molestia quod nacionis attendat
Grauamina de quibus agitur bi
faria diuiduntur alia per decreta
tolluntur Concilii Basiliensis alia
tue sanctitati indigent auxilio
que decretis abolentur Sunt re
seruaciones iniuriose annate
graues tamen ad Romanam
curiam frequentes aduocacio
nes et cetera istiusmodi
quibus ordinaria iurisdiccio pe
nitus erat euacuata quod licet
dudum ante tuam ad summi
apostolatus apicem vocacionem
nacioni grauia viderentur non
tamen ut decem ille tribus apud
Roboam filium Salomonis auite
prauia iugum excussit Sed Ba
siliensis Concilii prouisionem ex
pectant Cuius decreta cum non
nullis modificacionibus acce
ptant hijs quod est vsa Sit ergo
post hec sine grauamine na
cio sit quod hijs decretis istu
turum uti possit parte litteram
petitur habes huius partis
modestiam nunc honestatem
sequentis agnosce Dum loco
neutralitati fuit Complu
res viri prestantes Ecclesiarum
metropolitanarum Cathedra
lium Monasteriorum diuersarum quod
dignitatum et beneficiorum uel
integra uel maioris partis
bonorum possessionem sunt assecuti
tunc tua quidem aliorum auctibus
horum pax securitas quod depositur
Sed si magna in multitudine pos
sessorum non nulli corruit iniust
ditati titulis Tollerabilius tamen
est paucos iniuste possidere cum pace
quam multos iustos possidentes
turbari Sunt et quedam sui na
tura iniusta que communis boni causa
et publice pacis intuitu sororia
iustis fiunt laudatur apud ve
teres magnum quod habetur Scipio
ille qui restitutus in urbe sua
serventis exulibus non que prius
habuerunt bona reddidit sed ac
cepta mutuo pecunia quantitatem
res eorum fuerant accipere iussit
Indignum namque vir bonus putauit
longi temporis possessionem moueri
similiter et in omni prouincie uel
in nostra uel in maiorum nostrorum
tempestate celebrata possessorum
condicio semper melior fuit nec
abre Nam si secus fiat pax omnis
abrumpitur Cetera que peticio in
scriptis leuiora sunt Annatas ei
remittit uel Inus decretorum uel
tue liberalitatis est minimus re
laxari censias prius rescindi
Que contra sedem neutralitatis
acta sunt equum Si tamen inter
hec aliquid est quod apostolice sedi
graue videatur Supplicant
principes ut tua sanctitas que
pacienter annis iam quindecim omnia que
acta sunt tollerauit Nunc etiam
pro paruo tempore pacienciam
habeat et obedienciam nacionis
ut offertur recipiat Quo facto
omnia in melius redigentur Est et
intencio Regie maiestatis suorum
quod principum habeat sanctissimam sedem
que per dei ordinacionem ex
munificencia Cesarum mirifice
sublimata fuit omnem suam
dignitatem retinere omne ius
omnem splendorem omnem pote
state ad quas res suis tem
poribus eniximie laborare inten
dunt In ffrancfordiensi dieta
non fuit ociu ut erat volun
tas de prouisione tue sanctitatis
tue quod sedi facienda transigere
Quarta nunc et ultima peticio
superest Coloniensis et Tre
nerensis Ecclesias earum quod platos

Res ista coterunt tuis hone-
stas eo maior e quo tue natur
humaniori dignitati Sedi qz apo
stolice convenientior e Nichil
ad nos attinet btissime pater
de tuarum sctitatum virtutibus dispu
tare cui prime sedis sctā solio
dei iudicio refulget Sed formi
damus scandalum nisi tua cleme
cia i hac illtta petitioe nras
preces exaudiat Namqz pre
lati magno natu magno qz
potentatu clari amicis et
clientulis fulti i oppidis ac
tibus qz sive spolys sive tem
poris sive magno ecclesiarum dano
ammoveri facile nequeat
In ueteri testamento cautum
e, ne qs edum i lacte matris
sue coquat qd non absurde
fuit interpretatum si qs pre
latum i ecclie sue sanguine
multandum esse negaverit Scis
qz btissime pat qm scta e Co
lonien ecclia qm vetus Tre
ueren qm venerabiles ambe qz
toto memorabiles orbe Scat
quantum cleri quantum ppli sub se
habeat Nolit tua btitudo
duas illas ecclias que duo ma
gna nation Germanice lu-
minaria sunt nris pclitari
temporibus multis rationibus
hunc locum consolari possumus
Sed scimus tua consuetudinem
clementia pietate humanitate
Scimus Cardinales Epos
alios qz prelatos quos ad
redeuntes non solum extulisti
iacentes sed amplificasti et
eorum pristina dignitate Scimus
qz nulla re magis deo pro
ximas qm salute hominibus
dando Ideo paucis verbis
te qz solum oratum facimus ut
tua btitudo que i alios sepe
multos benignissima recepta e
nunc etiam erga prelatos et
principes de quibus agimus ut
ipsorum ecclias sui sit memor
ipsius Inclinata qz sibi cleme
ntia et humanitate utatur qd si
feceris ut sepe duximus et
nationis integra habebis obe
dientia et nulla umqz etas
de tuis laudibus conticescet


Hec sunt beatissime pat que
nostri principes ex te petunt
magna sane sed ratioi et ho
nestati consona In prima petiti
one totius iusstat utilitas In
secunda tua humilitas In tertia
equitas In quarta benignitas
tue sctitatis desideratur tuum e
qd iuste petitur annuere i tua
manu nunc e radice scismatis
omnem euellere pace orbi con
cedere consolari nationem et eius
obedientia recipere Cuiqz ut
vides nri principes i amicicia
ad te miserunt ut applicet
tibi tempus e ut cor tuum iugat
eis Sentit qz illi tui et ma
neat tecum i perpetuum et tempe
stive ac convenient a nobis
dictum reputat qd abinitio ex
pectaveris recepimus litteras pax pax
tibi pax adiutoribus tuis te
et deus tuus adiuvat qui
tua benignitate prosperioribus
dictum successoribus augeat
Amen

**Propositio facta co
ram papa et Colle
gio Cardinalium per
dominum Enea ora
tore Regis Ro-
manorum ante obe
dientia prestita &c**

Ite et vos in vinea mea f 1
Recepisti bona f 2
f x Sequebatur eum multitudo magna
f xiii Arbor bona bonos fructus facit
f xix Paule frater dominus Jesus instruat
me ut videas et impleatis
spiritu sancto
Sequimini vestigia eius f xxii
f 27 Habentes donationes secundum gratiam
Sic ambuletis ut habundetis
magis
Ite ostendite vos
Audi fili mi disciplinam patris
tui
Impleamini agnitione
Sufficit tibi gratia
Surge illuminare
Estote prudentes et vigilate
Amice ascende superius
Surge illuminare
Proficiebat sapientia apud deum
et homines
Ite et vos in vinea mea
Sicut sapientes
Nolite esse prudentes apud
vos metipsos
Digne ambuletis
Instruite in spiritu
Habet quinque panes
Hic est qui venit
Secuti sunt eum
Quid est quod dilectus meus in domo
mea facit scelera
Spiritus veritatis docebit vos
omnem veritatem
Fraternitatem diligite
Alligata uxor legi viri et Col
latio breuissima
Dirigite viam domini
Spiritu servientes domino ferventes
Spiritu ambulate et desideria
carnis non perficietis
Caritas non querit que sua sunt
Suscipite insitum verbum quod potest
saluare animas vestras
Spiritu ambulate et desideria
carnis non perficietis
Subiecti estote
Liber generationis
Credidit ipse
Misereor super turbam
Non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam
Subditi estote de qualitate re
ctoris populi

Spiritu ambulate et desideria
carnis non perficietis
Vocatus est
Illuminare Jerusalem
Gavisi sunt discipuli viso domino
Reddite que sunt cesaris cesari
Det vobis secundum donationes
glorie sue virtute corroborari
per spiritum eius in interiori
homine
Homo quidam erat dives qui habe
bat villicum / de regie regni
Epistola lamentationis de obitu Na
Epistola de laude tinoda ducis
venetiarum
Epistola seu oratio ad matrimonium
oratio in laudem tinoda
Epistola alia ad Jacobum
Oratio de obitu illustris pauli
Epitaphium alexandri per demo
stene factum
Epistola totiliz ad planctum fra
tre
Epistola ducis sabaudie ad cilium
Epistola de aragonia universitati
studii parisiensis
Epistola alia ad episcopum Cracoviensem
Epistola alia ad Nicolaum et Ste
phanum de nonais
Oratio pogii florentini / velle pros
Oratio Guarini oratoris vero
nensis optam
Oratio guarini in funere Geor
gii kaureae
Oratio alia Si quis vestrum est
Oratio Casperini pergamensis
Oratio pogii / pogius salutem
Oratio pogii / de balneis / pogius
salutem
Oratio pogii / pogius leonardo
Epistola pogii ad guarinum
Oratio leonardi aretini contra ver
sutos ypocritas
Oratio pro sponsalibus / neicez vestra
Oratio fratris de obedientia in fide
uxoria
Oratio in funere Bartholomei
Oratio alexandri ad aristotilem
Rex memor tui
Oratio Guarini veronensis ad po
gium
Epistola Gregorii ad Stregomien
archiepiscopum
Et sic insistue diuise ad finem
libri de diuersis materiis

oro Enee
oro Enee
professio fidei reuocat heresi
Exaratio processus electos rele
cti pro cofirmada electioe



Silvius

265

R Euerendissimo in xpo pri Dno Sbigneo Sacrosancte romane
ecclie tituli Sancte prisce ptro Cardinali, ac Pontifici Cracouiensi
domino suo colendissimo, Eneas epus Senensis s. p. dicit seqz
comendatum facit. Heraldus Alfonsi Regis portugallie nicolaus
chrzastouostey tuas mihi expectatissimas litteras cumqz his a
duersus hyemes et aquilonis ferocem spiritum armaturam
egregiam reddidit, vestem pelliceam madurinam, In hac regione
non solum utilem uerum et necessariam, Confiteor magnum
munus no tam recipiente qz mittente dignum, Refferrem tue
liberalitati gras nisi scirem male reddi beneficium uerbis quod
factis acceptum est. Sed cum sim ego ex his epis quos nostra
italia nutrit quibus ecclie frondose magis qz fructifere sunt
Cogor tecum id agere quod priuati homines erga reges
factitant. Namqz cum nec equos, nec tabulas pictas, neqz th
euromatha remittere possint animum illis offerunt, Sume
Igitur et tu animum meum qmuis hunc tibi iam diu dicauerim
neqz rem modo nouam afferam, Sed quid moror partem be
neficij magnam reddidit qui libenter accepit. Ego non modo
libenter sed cupide donum tuum admisi, non tam qz pretiosum
est qz qz a te missum claro et prestantissimo patre, qui me nunqz
uidisti et tamen amare dignatus es. Sed hec misso ad litteras
transeo, earum qz plurime partes sunt pro captu meo ad singulas
ex ordine respondebo. In capite eple tue. qm diu ad me no scrip
xeris, ueritum te ais ne tarditatem scribendi tuam sinistrorsum
acciperem, Rationemqz reddis cur tam diu super eplis meis ad
te dimissis rescribere distuleris, Ego et si mille anos tacuisses nihil
tamen de te sinistri concepissem neqz te mihi mutatum credidis-
sem, Taciturnitatis aliam qmuis causam qz mutationem animi rep
utassem, Scio enim te uirum constantem et in amicitia solidum
qui neqz more adolescentulorum modo amas modo odis, Neqz contra
Theofrasti precepta postqz amaueris de amico iudicas. Expendis
hominem diu ante qz recipias, receptum toto admittis pectore et
quasi te alterum colis, Neqz si deceptus fies, statim abs te hominem
repellis, diluere inutilem amicitiam qz rumpere soles, Quamuis
ergo conscius mihi sim non esse in me uirtutem que tuam substi
nere amicitiam possit, est in te tamen moderatio que illam facile

ruere non sinit. Huc accedat quoniam litterarum causa inter nos
beniuolentia nata est, que licet in me tenues sint, Postquam tamen
amare inuicem cepimus, nihil illis detractum est auctę ma-
gis sunt quoniam neque me senem discere pudet, Itaque persuadeo mihi
me tibi esse qui ab initio fuerim siue scribas siue taceas, Cum
silere te uideo tuas occupationes accuso, Cum scripta tua reci-
pio dilectionem tuam commendo. Cur ego denique te tacentem argu-
erim qui sum ipse nimium erga te tacitus, Accipio libens tuam
purgationem ut excusationem meam tu quoque admittas. Scio
quod multe sunt dignationi tue pontificales cure que sunt tibi cum
tuo rege negotia, noui te Cardinalem esse, et in polonia post
regem primum hominem, nulla sine te placita fieri, grauia quoque
iudicia tuam sententiam expetere, neque belli nec pacis consilia
sine te discuti, Pono ante oculos quantum inter nos fluminum
ac terrarum est, quod periculosa itinera, et obsessa latronibus, quod
pauci ex te ad nos ueniant, quibus committi tuto littere queant,
Ago meam causam dum tuam defendo, Da mihi et tu ueniam taciti
obsecro, non inuenio facile homines qui ad te recta proficiscantur
nec audeo cuicumque scripta credere, nec sum otiosus ut scribere
quod frequentissime possim, Nunc Cesaris consilium, Nunc apostolice
sedis mandata me detinent, non sunt tamen tot mea neque
tam ardua negotia quod tua. Necesse est silentio tuo me parcere
ne si te scribendi tardum arguerim me pigrum ostendam et
desidem. Condonemus igitur et mutuo negligentiam compensemus,
si tamen aliquid est quod tibi ad inertiam ualeat imputari,
Sit tamen ex preterito tibi mihique uenia, neque in futurum licen-
tiam perpetue taciturnitatis accipiamus. Fac quod modo fe-
cisti furare te regi et regno et rei publice subtrahe manus, Enee aliquando
te prebe, Itidem faxim ego, Neque Cesar neque Romanus presul,
neque si reuixerit genitor meus Siluius in me tantum imperium
possidebit ut tibi non aliquando subseruiam. Scribam et qua pos-
sum arte litteratoria absentem me tibi presentem reddam.
Plurima mihi de commoditate litterarum et scite et prudentissime
commemoras et docte scribis et uere. Unicum est hoc inter

absentes amicos solatium / Coniungit epistola quos terre mariaque dis
iungunt / Nusquam tam procul amicus abiit ut litterarum beneficio
adiri non possit / O maximum ac diuinum litterarum donum quod
non modo longe recedentes amicos sed quos numquam uidimus homines
seu uiuentes siue mortuos in nostrum reducit alloquium et quos
et quos carne intueri non possumus / mentibus offert conspiciendos /
O sanctos illos ac memorabiles uiros / siue fenices siue alii fuerunt
huius muneris inuentores quo prisce uires etatis et intueri
possumus et affari / licet mihi si uelim nunc alexandrum nunc
darium / cernere / possum anibalem · Scipionem Cesarem / augustum
uidere / Illos mihi Curtius aut arrianus ostendet / Hos Liuius
Suetoniusque mostrabit · Datur cuius docto / Platonem / Aristo
telem / Ciceronem / Senecam Tertulianum Ciprianum Lactantium
hieronimum Gregorium Augustinum Ambrosium et infinitam
eorum qui posteritati scripserunt turbam audire loquentem · En
quanta mortuorum caterua non dum mortua est / Non uidi
ego te umquam corporeis oculis ex amicorum tamen litteris scio qua
statura quibus oculis quibus manibus quo pede quo capillo es /
Exterius autem epistolis ad interiora progredior et qui neque pingi neque
fingi possunt inspicio tue mentis impetus / omnes animi tui
motus adnoto / Quid speres intelligo quid metuas uideo / quare
gaudeas / quaque tristeris aduerto / Totum te mihi tue littere expri
munt / nec minus apud te uirium meis inesse considero / dum
scripta mea reuoluis / me intus et in cute noscis / Democritus
actionis umbram dixit orationem esse / Nec enim aliud epistola
est / quamuis enim raro uiuant homines ut scribunt sentiunt tamen
ita uiuendum esse / Nec fieri potest / quin animum suum pro
dat is qui plurima scribit / et si sepe uirtutis preconia comme
moret qui uitia sectatur / Vtamur igitur hac uicissitudine
scribendi et quantum negotia sinunt inuicem suauibus epistolis col
loquamur id ergo tibi de me spondeo et tenebo si reddi uicem
cognouero / Transeo nunc ad uolumen epistolarum mearum quod tua
dignatio multis uerbis et probat et magnifacit / minime
ego mihi tantum adrogo quantum tribuis / longe ego ab illis
absum quibus me comperas paremque facis / sentio quod tenuis est
mihi uena dicendi / quod breuis et inornata uerborum suppellex
nulli de me magis quam mihi credo · Fateor tamen quia nudus sum
et aperte loquor non utor faleris / Vestem omnem reiicio / Nec

laboro cum scribo quoniam non attingo res altiores et mihi non cognitas,
trado que didici / facile se ceteris intelligendum prebet qui se ipsum
tenet / prebere alteri lucem nequit qui sibi tenebrosus est · fugio
nodositatem et longas sententiarum periodos / Si assunt elegantia
uerba / non negligo illa contexere / si minus non quero remotius
presentibus utor / ut intelligar id mihi solum studium est · per=
=cipio tamen rudem et incomptum sermonem meum esse · Neque di
gnum qui doctas aures pulset · Ea propter cum meas epistolas ad te
mitti petiuisses substiti diu et dubitaui / an tibi probato et doc
tissimo uiro meas ineptias aperirem / Videbatur leue pondus quod in
tuas manus incideret / pudebat me multorum errorum / Neque ad=
=huc cupiam feceram copiam et quamuis alique epistole mee uulgo lege
rentur non ego illas in lucem dederam sed qui mecum conuiuunt
familiares / nunc has nunc illas furati ex manibus librariorum in
uolumen redegerant / ediderant que sodalibus existimantes ali
quid esse quod nihil erant / Nam qui preter nonnullos in
alexandrum gramaticum comentarios et brunelli poete fabu
las et britani ac uulgarium dialecticorum sofismata et troianam
quandam historiam nihil unquam legissent lucem esse in tenebris putaue
runt / atque ut ceci ducatum monoculo prebent / sic rudes isti primas
eloquentie partes mihi tradiderunt qui nondum merui inter
proficientes discipulos numerari / Tuli hunc honorem quamuis
sciebam non posse durare inanem gloriam / nolui tamen ipsum me
confundere / Impartiebar his qui ad me ueniebant / quantum
poteram luminis / et si lactis aperire fontes non poteram / ami
corum tamen sitim pura limpha sedabam si non magna dabam ma
la non ministrabam non erant pretiosa que tradebam at
neque damnosa · Cumque ingenia inuenissem sublimia que
haustus capere nobilissimos apta uiderentur his unde biberent
scaturigines uiuas ostendi / Quintiliani Ciceronis et aliorum
quos italia sequitur uestiganda flumina docens / Patiebar
igitur apud nouos eloquentie auditores / equo animo scripta
mea reuolui quibus contemptui esse non poteram / At
cum tu ea petiuisti qui omnium poetarum et oratorum opa
rimatus es qui omnem secularem atque ecclesiasticam sapientiam
calles / Cui nota sunt quecunque latina lingua maxime admi
ratur / non uidebam quo pacto meas tibi nugas traderem quam
rara esse confidunt negotiatores ea in nundinas ferunt,

Oratium uetuit tali cum uoce quirinus / Post mediam noctem
uisus / Cum somnia uera / In siluam non ligna feras insanius /
Intelligebam non sine mei nominis iactura lecturum te opus
quod flagitabas. Verum cum illud semel atque iterum pete
res elegi et cum damno fame mee tue uoluntati parere.
misi ad te librum non ut iudicares qui a me ipso censebatur
insulsus / minus uero ut laudares qui meo iudicio uituperandus
erat / Sed amico / Sed patri / Sed domino nolui quicquam ne
gare / Existimaui autem cum primam libri legisses paginam
statim te satias caperet / Dixi que libro cum manumisi / perge
audacter sed scito te non sine magno discrimine tuo doctas
cardinalis aures aditurum / Aut ille igni te dabit aut ad
farmacopolam mitteris / quid enim aliud meis scriptis au
gurer quam ille suis qui ait sunt tectura piper cinnama thura
crocum. Sed accidit mihi quod nuper in Vienna cuipiam Genuensi
monacho ordinem diui francisci professo is pactaui studens cum
accepisset egregios in austria magistros esse qui oratoriam docerent
cupidus eius artis ad summum ediscende / aut prima elementa teneret,
insalutatis amicis festinus in austriam migrauit / non minus auidus
peregrinas hauriendi doctrinas quam ille qui ethiopiam adyt ut
Gymnosophistas et famosissimam solis mensam uideret in sabulo.
At cum Viennam ingressus gymnasia philosophorum percurrisset /
Tanti eam scolam fecit ut qui uenerat auditurus / mox cathedram
ascenderet audiendus / et quos queritarat magistros hos discipulos
informaret. Simile mihi euenit / Expectaui contemptum /
extimationem sum consecutus / Credebam uituperari et accipio
laudem / Timui odium / et amorem reporto / Quid dicam / Te
ne ingenij tardioris imperitum que iudicem predicem / qui lippis
oculis album pro nigro recipias / dicasque malum bonum et bo
num malum / Stat contra epistola tua summa eruditione plena.
Cuius an sententias graues / an summam exornationem magis demirer
hesito / Vniuersas quas libro meo laudes accumulas Vnica
epistola tua complexa est / tue sunt quas mihi uirtutes ascribis.
Quid ergo est quod te meam erexit in laudem / Noluisti me contristari
Inuenisti epistolas quibus me poetam uocato quamplures / Dixisti intra
te ipsum grande hic homo de se iudicium facit qui grande sibi
nomen usurpat / Meministi eorum que flaccus de poetis ait.
Ingenium cui sit / Cui mens diuinior / atque os magna sonaturum
des nominis huius honorem / Sciebas Ciceronis verba que in

oratione pro licinio archia ponitur dum ait / Atqui sic a summis hominibus eruditissimis quod accepimus / Ceterarum rerum studia et doctrina et preceptis et arte constare / Poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu afflari / quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellabat poetas quasi deorum aliquo dono ac munere commendati nobis esse videantur / Cogitasti quod si mea scripta pro merito reprehenderes grandem me molestiam habiturum qui cum sanctis ascribi poetis cuperem et inter vetustissimum edoctis genus me ipsum collocarem / tua sententia nedum poete titulis sed neque mediocris scriptoris nomine dignum me reperirem / Nisi opinioni mee faveres / putasti me animo cadere / spem ponere / stilum deinceps scripturam quod omnem negligere / noluisti me vulnere tali confodere / providisti que amico utilia credidisti / Voluisti me scribere / ingenium exercere / conari indies magis ut si non essem modo qui vellem, fierem aliquando qui possem / Noluisti deinde meis epistolis que iam currere per germaniam ceperant opinionem demere. Ago gratias humanitati tue que de suo iudicio quam de mea fama maluit hesitari / nomini meo vel cum tuo detrimento consulere voluisti. Videor videre commendatione tua ingentem meis epistolis favorem accedere / Quis enim post hac illas carpere audeat quas noverit tuo testimonio comprobatas? Ego quidem quod a te modo scriptum est in capite voluminis collocabo ne quis mea prius legat scripta quam tua noverit auctoritate legenda. et si enim apolinis illud responsum memorie teneo quo se quemque noscere iubet. Gaudeo tamen nomen meum quocumque pacto illustrari / Cur non laudari falso malim quam vero vituperari potis est tua commendatio facere ut me ceteri quoque commendent. Non omnia nomen ad verum habent multa erecta sunt et habentur in pretio que rectius vilipensa iacerent multum in omni re fortuna dominatur / Hec pro libidine sua nunc obscurat mortalia nunc celebrat / neque in poetis ac ceteris scriptoribus vim perdidit plurimi eius beneficio magis quam propria virtute claruerunt / Non nulli cum essent digni memoria nominis sempiterna fortune malignitate depressi nequaquam emergere potuerunt / Quid si meis scriptis tuo beneficio non fortuna que nihil est nisi divina vel providentia vel permissio sed deus ipse surrexerit. Numquid letabor numquid gloriabor et tuo nomini fateri me omnia debebo / qui me reddideris immortalem. /

Ydumeneus quoniam in epistolas incidit epicuri / Atticus Ciceronis / Lucillus Senece / eternam memoriam consecuti sunt. Tu quia medius inter scripta mea uenisti mihi mortalitatem eripis & quod illi ex alienis acceperunt hoc tu meis epistolis prestas / Quid ni igitur te amem te obseruem / tibi omni offitio seruire studeam Sed dixi me tuum ab initio non muto sententiam. Illud me discutere amplius conuenit quod supra de poetis est tactum. Neque enim id circo poetam prius sacris ordinibus initiatus essem me appellaui quoniam uel mantuano uel peligno uellem uideri similis / aut par alteri cupiam ueterum quos vates & claros & sanctos uocant mentis diuine participes / Sed ita hoc nomen mihi ascripsi / quemadmodum in una epistolarum seneca suscipit qui omnibus versus facientibus hoc nomen comune dicit quamuis absolute pronuntiatum apud grecos homerum apud latinos uirgilium denotet / Edidimus & nos aliquando uersus / scripsimus elegias eglogas / satiram quoque dictauimus / non tamen poete nomen propria temeritate suscepimus / nec prius hoc titulo sumus usi quam nos federicus Cesar apud francfordiam uisis quibusdam opusculis nostris laurea nos donauit. Quemadmodum autem qui iuri aut canonico / Aut Ciuili operam dederunt / Postquam magisterium acceperunt / Cum litteras ad amicos mittitant / aut decretorum / aut legum doctores se inscribunt Ita & nobis poete nomen assumere licitum arbitrati sumus / ne uel concessum honorem uel concedentem contempnere uideremur & nos enim manum ferule subduximus & lucum nouimus martis / & quas torqueat umbras eacus & quantas Iaculetur monichus ornos uidebamur nostro uti iure si eius artis titulos assumeremus in qua non paruam etatis partem consumpsissemus Sed fuit alia non minor ratio que me hoc nomine frequentius uti coegit & enim cum uenissem in austriam in secretarium Cesaris assumptus / offendi omnes qui periti apud uiennenses habebantur / Poeticam uelut rem perniciosam & abhominabilem detestari / Cepi ergo eos arguere disputare sepe cum eis / ostendere poeticam qui recte uterentur his frugiferam esse / nomen quoque talis doctrine habendum & honorabile & sanctum. Tum quoque ne quis nomen me horrere crederet quod laudarem poetam me scribere cepi neque dimisi titulum donec ad ecclesiam ueniens sacros ordines imbui & ad sacerdotium promotus que seculi pompam saperent postergaui / Habes cur me poetam dixerim

& quid de me ipso sub tali titulo senserim. Nunc quoniam de poetis admodum perite non nihil disputasti, non erit abre quid mihi de poetica tenendum uideatur in medium proferre. In cuius defensionem sepe scripsi sepius aduersus contentiosos sermones serui quos in hac epistola succinte repetam. Omnes qui poetice sunt infesti, si modo aliqua sunt imbuti doctrina his argumentationibus in eam utuntur. Plato qui fuit omnium philosophorum procul dubio excellentissimus ex ea ciuitate quam finxit cum mores optimos & optimum rei publice statum exquireret poetas eduxit. quod minime fecisset si utiles fuissent non sunt ergo utiles igitur admittendi poete. Cicero in tusculanis cum de dolore disputat. Vides ne inquit poete quid mali afferant. lamentantis inducunt fortissimos uiros, molliunt animos nostros. ita sunt deinde dulces ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Sic ad malam domesticam disciplinam uitamque umbratilem modo & delicatam cum accesserunt etiam poete neruos omnes uirtutis elidunt. Totum hic comprehenditur quod dici contra poetas potest. Pergunt tamen qui uerbosiores sunt, atque amplius hanc mansuetiorem musam insectantur. boetius inquiunt uir sane peritissimus, & uite sanctioris philosophiam inducit sibi loquentem, que scenicas meretriculas & poeticam & oratoriam uidetur appellare, que dolores egrote mentis non modo ullis remediis non fouent sed dulcibus insuper alunt uenenis hominumque mentes assuefaciunt morbo non liberant. Cato qui fuit romanorum seuerissimus Marco nobiliori uelut probrum obiecit quoniam poetas in prouintiam duxisset. duxerat enim ille in etholiam ennium. Hieronimus clarum iubar ecclesie uerberibus sese cesum ab angelo scribit quoniam ciceronianus magis quam xpianus esse uideretur. Quid si uirgilianum aut terrentianum illum angelus inuenisset. Carpuntur ab eo non nulli episcopi qui codices euangelicos postponentes lectione poetica se oblectant. Quo pacto insuper poetas amplectemur quorum scripta non solum hominum sed deorum quoque & stupra & adulteria commemorant. potare amare scortari adolescentes instruunt. quis enim maior adimitandum inueniri quam deus potest. aut quis eum arguat qui se dei secutum exempla demostrat. Iouis exemplo teneram corrupisse uirginem Terentianus se chereas iactitat.

multum est cum deus auctor habetur / Pictura inquit ille hec
Danaë inerat / Iovem quo pacto danne [clanme] misisse aiunt quondam ingre
mium imbrem aureum. Ego met quoque id spectare cepi et
quia consimilem lustrat iam olim ille ludum impendio magis
animus gaudebat mihi deum sese in hominem conver
tisse atque in alienas tegulas venisse clanculum per impluvium fu
cum factum mulieri. At quem deum qui templa summa sonitu
concutit. Ego hoc homuncio non facerem / ego illud vero feci
ac lubens. Facessant ergo poete qui talia de dijs referunt que sibi
turpes indigna lenones ducerent / Quid agat cum ea legerit
imberbis iuvenis cereus in vitium flecti sic natura iubet / ve
locius et citius nos corrumpunt exempla magnis cum subeant
animos auctoribus / Non erit igitur bene instituta civitas
que poetis non occluserit ianuas. Sic mecum sepe contendisse ali
quos memini / Quibus ego in hunc modum respondere con
suevi / Quid vos mihi civitatem platonis obijcitis / que
nulla unquam in provintia sedem repperit / quid curet ex ea se
civitate poetarum chorus exulare que neque in celo neque in terra
visa est unquam / at cum poetarum fictiones bicipitis plerumque
parnasi somnia referant / non possum non admirari cur somni
atores ex civitate somniata plato deduxerit / Cur ego non exulare
ex illa civitate voluerim quam conditor eius inhabitare non
possit / Aut equidem suam civitatem necesse fuisset platonem
relinquere / aut secum introducere poetas / Cum fuerit ipse poeta.
Cuius apud macrobium versus non nulli referuntur magis pe
tulci quam tanti viri gravitati conveniant / Nec Cicero illam
ingredi civitatem permitteretur que poetas repelleret / Cum et ipse
tres libros de temporibus suis carmine conscripserit. Sed licet
laudet ipse platonem de sua civitate poetas excludentem non
tamen ipse de roma cui se omnia debere fatetur poetas exclu
dit. Archiam poetam egregium cum gracchus negaret in ci
vitate retinendum quis illum defendit nisi Cicero. Extat
eius oratio de qua supra memini. In qua hec verba ponuntur
Sit igitur sanctum apud vos humanissimos homines / hoc
poete nomen quod nulla unquam barbaries violavit / Saxa et
solitudines voci respondent / bestie sepe immanes cantu flectu
ntur atque consistunt / nos instituti rebus optimis non poetarum
voce moveamur. Ecce cum ad serium cum ad verum ventum
est / non abigit ex sua civitate poetas Cicero sed retinendos censet.

sed admittendos sed honoribus cumulandos suadet / Quid de
boetio dicam / Quis risum teneat cum damnari a poeta poeti
cam audiat / An non est ipse boetius tum maxime poeta cum po
eticas carpit musas / Qui philosophiam secum uersibus agentem
et utentem fictionibus introducit quot apud eum fabule sunt
quot metrorum genera. Dum poeticam damnat boetius similis
illi uidetur qui iurabat non esse iurandum / Sed altior boetio
mens fuit quam uel poetarum hostes apprehendant ut hac epistolari dis
putatione possit exponi / Quippe aut legendi sunt poetarum libri
aut ipse toto fugiendus orbe cum sua consolatione boetius. Apud
quem philosophia cum de prouidentia, differit magni dei familiarem
suum appellare lucanum non ueretur / et illius inserere metri
sententiam / Victrix causa dijs placuit sed uicta catoni / Nec
me catonis auctoritas frangit cui nec nobilior auscultauit neque
senatus cessit apud quem maximo semper honore poete sunt habiti
Habeo clarissimorum copiam uirorum quos cathoni ualeam obiec
tare de quibus posterius dicam. Ad hieronimum transeo. Cuius
optarem qui uiuunt omnes fieri similes sic enim et sanctimonia
uite et eloquentie copia omnes ualeremus / Scatet hic undique
poetarum dictis neque uel tractatum eius referes uel epistolam ubi
non tulliana redoleat eloquentia / Sic de ceteris ecclesie doctoribus
licet inuenire quorum facundiam que muta fuisset alioquin
illustrauere poete. Sane Hieronimus cum secularibus litteris
plenus esset / Gentilesque disciplinas quasiuis ebibisset Tum se uerbe
ribus affectum dixit / Permitto id omnes agant cum poetas
omnis uiderint legerint didicerint / Tum secularium studia
litterarum abiurent / Nil obsto nil aduersor. Neque ego is sum
qui pontifices maximos relictis euuangeliorum codicibus / aut
Titire tu patule aut Arma uirumque canentes laudauerim /
Sint non solum etati uerum et dignitati sua cuique studia. Sicut
enim grammaticam atque dialecticam Episcopum didicisse non
discere uoluerim / Sic poetas illi notos optauerim / noscendos
iam minime suaserim / Sed hieronimi quod sit iudicium inferius
exponemus / Ultimum quod isti grauius putant illud afferunt
quia poetas plurima tradere demonstrant quibus non solide mentes
capte dilabuntur / Siue cum deorum mentionem efficiunt / Siue
cum uoluptates commendant / De dijs autem non est cur poetis sit
irascendum temporis illud non personarum est uitium. Etas eorum
dei unius haud plenam notitiam habuit / Gentiles fuerunt qui

Jouem / Junonem Saturnum Martem pro dijs habuere / Neq3
id erroris poetas magis q philosophos inuasit / Socrates plato
Aristoteles / Zeno · Cleantes diogenes / Aristippus dijs litauere
Quid mirum si poete hos deos collaudant quos sua credidit etas
celum incolere / publicus error excusationi est · Si non licet poetas
legere quia deorum faciunt mentionem / neq3 philosophos
intueri licebit / quorum scripta deorum nominibus sunt
referta · Sed quis hodie tam ebetis est ingenij qui propterea Joui
sacrificet / aut thurificet herculi / qm deos illos poetarum carmi
na uocitant / Omnes pueri qui non dum ere lauantur homi
nes illos fuisse impuros atq3 nefarios didicere / de quibus sane
rectius poete q philosophi scribunt / Referentes enim turpia
illorum facta / manifeste nobis ostendunt diuinitatem ab illis longe
fuisse delirasse q3 omnes ueteres qui eis aras dicauere / Qz
aut uoluptates approbant / dolorem q3 summum esse malum
sentire uidentur / Amores referut / Compotationes comedant /
& laute fercula mense / magnis extollunt uocibus / Non est
quod mouere nos debeat · Inducunt poete diuersas psonas
tenentes q3 legem artis / Cauent ne forte seniles mandentur
Juueni partes / puero q3 uiriles / Alius q Sardanapalli sermo
Alius arbacis erit / Intererit dauus ne loquatur an audax
pithias / Cathoni seueritas / Gaio Cesari clementia attri
buetur · Alius bonis fauebit / Iratos reget / Amica consilia pre
bebit / peccare timentes amabit / breuioris mense laudabit
dapes / Salubrem iustitiam comendabit · Alius uirtutis ini
micus cedis auidus / nulli fidus / Ventri atq3 ueneri deditus
consentanea suis moribus uerba profundet / Oportet enim
poetam eorum exemplar intueri quorum personas in me
dium profert / atq3 illinc uiuas deducere uoces / Cum uero
ex persona sua poeta loquitur / Tum quid patrie debeamus
quid amicis edocet / quo sit amore parens quo frater ama
dus & hospes · Quod sit offitium Senatoris quod iudicis
quod ducis in bella uadentis / Mostrat que laus & quanta bonis
sit uiuere paruo / quo uirtus quo ferat error Indicat / Oms
ad summum bonum uiam parare contendunt / Siquis autem
callem non rectum aperit / & aut in uoluptate aut i honoribz
aut in potentia felicitatem asserit uestigandam · Non e qd
miremur qm & philosophoy in hac ipa re multas hereses esse co
stat · Ea ppter cum uehementi quodam impetu comotus intus

culanus Cicero poetas acrius momordisset qui fortes uiros mu
liebriter ferre dolorem traderent, mox tamen se se correxit et
quasi durius esset inuectus penitens ait, Sed quid poetis ira
scimur, Virtutis magistri philosophi inuenti sunt, qui summum
malum dolorem dicerent. At si uitare poetas id circo uolumus
quia aut eiulantem herculem. Aut querentem suas penas ty
motheum, Siue priamum filiorum necem. aut andromachen.
uiri obitum deplorantem referunt, Vereor ne sacre deroge
mus hystorie, que dauid Sanctum uirum et acceptum deo
mortem filii impatienter tulisse commemorat, fili mi ab
salon inquit ille absalon fili mi, quis mihi tribuat ut ego
moriar pro te absalon fili mi fili mi absalon, Nihil est quod
apud poetas neges esse legendum, cuius non simile sacra uo
lumina contineant. Mundi principium paricidio contaminatur
Preuaricantes filii dei diluuio causas prebent, Sogdomam
et Gomorram turpissima libido subuertit, Ebrietatem et
Incestam uenerem lot somnolentus ostendit, Ysaac ab uxo
re decipitur, a fratre supplantatur esau, Rachelis nuptias
bis septem annis uenatur Jacob, uidebantur quod illi pauci dies
pre magnitudine amoris, uenditur a fratribus ioseph, Judas
ex nuru filios accipit, Samson in sinu meretricis obdormit, filiam
Jepte sacrificat, innoxium effundit sanguinem athalia, Transi
iudicum facta, Inspice Reges, inuentus iuxta cor dei dauid
tradimentum adulterium homicidium que committit. Sororem
uitiat amon, fratrem interficit absalon regno patrem deijcit
ad concubinas eius ingreditur, Inter concubinas atque uxores
corrumpitur Salamon, lapidibus obruitur nabuth iniquis
dum regem regit Zorobabel, Non est quid epistola comitti
possit, quantum sceleris Sacra nobis historia manifestat.
Legimus tamen hanc fructum quod de his fugimus, Cum malorum
uitam male finitam, et bonos bonorum reppperimus exitus
Nec secus in aliis gentium historiis aut in narrationibus
accidit poetarum. Ob quam rem Credo habunde probatum
esse non id circo uitari poetas oportere quoniam turpia sepe com
memorent, quoniam et honesta frequentius inculcant. Superat
nunc ad exempla descendere virorum illustrium qui poetas
ardenter amarunt et eorum operibus sunt delectati. Quippe
non singularium modo uirorum, Sed publico ciuitatum

consensu comendatos poetas accepimus / Orpheum qui fuit
ex uetustissimis Jagri filium / tracem poetam adeo uetustas
coluit ut ymaginem eius in templo pieridum collocauit /
que sicut arrianus auctor est usque in alexandri tempus perseue
rans / Cum uicisset ille triuallos subegisset / illirios / thebas
diruisset atheniis pacem dedisset / continue sudasse uisa est .
significans ut aristander diuinator ait ingentem instare
laborem poetis qui alexandrum essent et alexandri res gestas
uersibus comissuri / Homerum ut Cicero tradit colophonii ciuem
suum esse dicunt / Chii suum uendicant smirnei uero suum esse
confirmant / Itaque et delubrum eius in opido dedicarunt . Athe
nienses sanctissimis Solonis legibus instituti adeo poetas in
honore habuerunt ut non senatum solum uerum et belli curam
eis crederent . bello enim quo cum spartanis acriter dimicatum est
duos duces delegerunt periclen spectate uirtutis uirum et
Sophoclem scriptorem tragediarum qui diuiso inter se exercitu
et spartanorum agros uastarunt / et multas asie ciuitates
atheniensium imperio adiecerunt / Quid de spartanis
eisdem dicam qui cum prius essent duris ligurgi formati legibus
et moribus asperi bello tamen contra messenios occupati cum
iuberentur ducem militie ab atheniensibus petere / hique tir
theum poetam claudum pede misissent / parere poete non
recusauerunt / sub quo uicti duobus preliis uictoriam hostibus
proculdubio reliquissent / nisi composita tirteus carmina
exercitui pro contione recitasset / in quibus ortamenta uirtutis
damnorum solatia / belli consilia scripxerat / itaque tantum ardo
rem militibus iniecit ut non de salute sed de sepultura soliciti
thesseras insculptas suis et patrum nominibus dextro brachio il
ligarent ut si omnes aduersum prelium consumpsisset et
temporum spatio confusa corporum liniamenta essent ex inditio
titulorum tradi sepulture possent / atque sic animatis militibus
comissa pugna uictores tandem lacedemones euaserunt . Videtis
ut grece ciuitates apud se natos gaudent esse poetas et apud ali
os honorant genitos . Nec latine minus letantur suis uatibus et
notum est illud carmen / Mantua uirgilio gaudet uerona
catullo . Corduba lucano et seneca gloriatur . Oratio uenusium
paccuuio brundusium . Statio burdegallum . peligni Naso
nem memorant . Aquinates iuuenalem / bibilis martialem
Florentini cum prius materna uoce locutum tamen apud se nati .

Dantem inter maxima civitatis preconia ducunt. Quippe
veteres et dijs suis quos celum colere putabant cure fuisse po
etas affirmant / percussores namque archilochi poete appollinem
prodidisse confirmant / Cum lisander lacedemonius obsideret
athenas a libero patre per quietem monitus perhibetur / ut
delitias suas sepelliri sineret / Jacebat tunc inhumatum corpus so
phoclis tragici de quo supra mentionem fecimus / quo comperto
lisander indutias dedit / ut claro poete congrue fierent exequie.
Simonides apud hospitem suum in thessalia cenans / Castoris ac
pollucis monitu triclinij ruinam evasit. Sed pergite Regum et
ducum exempla referamus qui vel fuerunt ipsi poete vel poetarum
amantes / Salon qui leges ut tactum est atheniensibus dedit 501.
ut salaminam insulam quam megarenses sue civitati surripu=
=erant vendicaret progressus in publicum et contra naturam suam
poetam se simulans insolitis sibi versibus contra megarenses ut
arma sumerent suis civibus persuasit. Themistoclem illum summum
athenis virum / Cum ex eo quereretur cuius vocem libentis
sime audiret Respondisse aiunt / Eius a quo summa virtus
optime predicaretur / Excellentem profecto poetam significans
in cuius verbis inclita virtus sicut in auro gemma perluceat.
Alexander aminte filius dives habitus qui an̄ om̄s Jovi del
phico statuas aureas misit Pindarum liricum poetam
apprime dilexit / Archelaus qui ab eo regnum macedonie
accepit Euripidi tragico consiliorum summam credidit. Cuius
suprema non contentus prosequi sumptu funeris / Crines tonsus
est et merorem quem animo conceperat vultu publicavit.
Cum transiret in asiam Magnus Alexander quamvis multos rerum
suarum scriptores secum haberet tamen cum in sigeo tumulum conspe
xisset Achillis / O fortunate inquit adolescens qui tue virtutis
preconem homerum inveneris / et vere ut ait Cicero / Nam
nisi illi ars illa extitisset / Idem tumulus qui corpus eius con
texerat nomen etiam obruisset / Idem quoque Alexander cum
thebas dirueret / Pindari de quo supra meminimus et domum
et stirpem teste arrio ob reverentiam poetici nominis con
servavit. Lysimacus ex successoribus alexandri philippide
poeta comico familiariter usus est / Cernitis ut greci
proceres poeticam venerantur. Accipite modo latinos.
Affricanus prior / Quinti Ennij statuam imponi suo se
pulcro iussit. Alter scipio Terentium comicum ex carta

ginensi captiuitate redeptum in triumpho suo quem rome
egit pileatum duxit tanquam libertate donatum / Lucullus
archiam poetam ingentibus honoribus cumulauit / Dictator
Sylla gallos atque hispanos poetas donis quam pluribus prosecutus
est / nec sedulitatem mali poete indignam premio duxit me
tellus / pius et Cordube natus poetis ac pingue et peregrinum
sonantibus aures accomodauit · Pompeius Magnus theo
phanem mitilenum suarum rerum scriptorem in contione
militum ciuitate donauit · Nemo est ut Cicero testatur tam
musis aduersus qui non mandari uersibus eternum suorum laborum
preconium facile patiatur · Itaque ille gaius Marius qui uir et
maximus imperator natura tamen ferox et inhumanis moribus
eximie lutium plotium dilexit / Cuius ingenio putabat
ea que gesserat posse celebrari · Julius autem Cesar non modo
poetas dilexit sed in collegio quoque poetarum ascribi uoluit
Neque actio poete succensuit / quamuis sibi collegium intranti non
assurgeret / Cumque a latronibus captus donec pecunias cogeret ob
seruaretur orationes ac poemata que scribebat teste pluthareo
eis legebat et qui minus uehementer ea laudassent fatuos ac
barbaros appellabat · Augustus Octauianus quam benignus quam lib
eralis in uarium uirgilium / flaccum que fuerit / Nemo qui ut
primas didicerit litteras nescit / fuit que ipse ut tranquillus per
hibet poematum non imperitus / delectabatur que comedia ueteri
et sepe eam exibuit publicis spectaculis · Ingenia namque seculi
sui omnibus modis fouit / Recitantes et benigne et patienter
audiuit nec tantum carmina et historias sed et orationes
et dialogos / Componi tamen aliquid de se nisi et serio et a
prestantissimis offendebatur · Vespasianus qui dirum in Sal
uatore nostro comissum piaculum expiauit / ingenia et artes
uel maxime fouit / primus e fisco latinis grecis que rethoribus
annua centena constituit / Prestantes poetas nec non et artifices
coemit / Titus quem generis humani delitias uocauerunt
latine ac grece lingue peritissimus uel in orando uel in fingendis
Poematibus promptus et facilis fuit / Seuerus cesar appianum
poetam qui genera ac naturas et Captionem piscium uersu
descripserat per singula metra aureo nummo donauit · Vnde Au
rea post appiani Carmina sunt appellata / Gratianus litteris

haud mediocriter institutus, Carmen facere, ornate loqui ex
plicare controuersias rethorum solitus erat, Theodosius et omne
doctrine genus et potissime poeticam fertur amasse, Quid
nobis tot tantique uiri et greci et latini idonei ne uidentur
quos Cathoni platonique opponamus, Sed dicitis fortasse
hethnicos istos esse nec uocem habere que apud ecclesiam audiatur,
Transeo ad nostros quos refellere nemo possit, David quem
tota canit ecclesia nunquid poete offitio fungitur metro apud
apud hebreos canens. Salamon quoque et aliqui profetarum uer
suum mensuris utentes poetarum locum et nomen obtinent.
Quid autem christiani ductor exercitus et orator inuictus apostolus
paulus nunquid ad titum scribens epimenidis versiculum
reddit, Cretenses semper mendaces male bestie uentris pi
gri, in alia quoque epistola menandri senarium ponit, Corrum
punt mores bonos confabulationes male et apud athen
enses in martis curia disputans, Aratum ut hieronimus
scribit testem uocat. Quid tertulianus, quid Ciprianus, lac
tantius firmianus. Ambrosius, Augustinus. Gregorius et
ipse de quo sepe locuti sumus hieronimus nulla istorum
opuscula leges in quibus nihil poeticum redoleat, Quin et
Cyprianum firmiano narrante non nulli momorderint, quod
quod aduersus demetrianum scribens testimonio usus sit prophetarum
et apostolorum que illi ficta et commentitia esse dicebant et non
potius philosophorum et poetarum quorum autoritati ut ethnicus
contraire non poterat. Nempe Augustinus de uirgilio gra
uissimum testimonium prebet, dum in primo de ciuitate dei libro
propterea inquit eum paruuli legunt, ut uidelicet poeta
magnus omniumque preclarissimus atque optimus a teneris
ebibitus annis non facile obliuione possit aboleri secundum
id Oratii quo semel imbuta recens seruabit odorem testa
diu. Negat Clarissimus ecclesie doctor obliuioni dandum esse
Virgilium, nunquid ergo et legendum suadet. Nec hieronimus
Ab hoc sensu est alienus qui necessitatis in pueris asserit
Virgilium tenere in manibus, quamuis id crimen in episcopis dixerit
uoluptatis. Quis preterea centonias damnare presumpserit
Quarum altera ex homeri uersibus apud grecos, altera ex

Virgilii carminibus apud Latinos incarnationem Salvatoris signa
predicationem Mortem Resurrectionem et in celum ascensionem
poetico more conscripsit. An non dignus laude legendusque cunctorum
ore dicetur. Iuvencus presbiter qui sub Constantino Cesare histo
riam Salvatoris versibus explicavit, nec timuit evangelii
maiestatem sub metri mittere leges. Quid de Appolinari Siro
dicam qui heroicis versibus hebraicam scripsit antiquitatem
ut Sozomeno placet et imitatus Menandri comedias Euripidisque
tragedias et liram Pindari Evangelicas lectiones poetico
scemate conclusit. Quid ni legatur si sit in manibus ad
versitatis christiane religioni. Iulianus apostata cum pravissimus
impiorum, tunc se plurimum nocere putavit cum lectionem
homeri ceteraque grecorum studia christiano populo prohibuisset cum
et nostri hostes concordare videntur. En quod rudis inepta ne dicam
feralis vox illorum est qui poetas omnes asserunt eliminandos.
Exeant ipsi potius et qui litteras humanitatis abhorrent, fugiant
homines sibique similibus brutis associentur. Vah quid ais di
cet quispiam. Divo hieronimo maledicis, Sanctissimum obiur
gare audes virum, speculum nostre christiane religionis obnubilare
contendis. Hieronimus est si nescis quo nemo durius in poetas
invehitur, demonum cibus est inquit, Carmina poetarum secula
ris sapientia, Rethoricorum pompa verborum, hec sua omnes
suavitate delectant, et dum aures versibus dulci modulati
one currentibus capiunt, animam quoque penetrant, et pectoris
interna devinciunt. Verum ubi cum summo studio fierint ac
labore perlecta, nihil aliud nisi inanem sonum et sermo
nis strepitum suis lectoribus tribuunt, Nulla ibi securitas
veritatis, nulla iustitie refectio reperitur, Studiosi earum in fa
mie veri et virtutum penuria perseverant. Non me latet
ad Damasum de filio prodigo talia scribere hieronimum, Sed
Lego totam epistolam non subsideo in prohemio nihil iudico nisi
tota lege perspecta, prosequor Magni verba doctoris, Invenio
Illum his verbis non poeticam solum sed Rethoricam philosophiam
et omnem secularem sapientiam detestari, quia plus floris
quam fructus habeat, neque viam iute in veritate doceat, fallat
que sepe legentem, Nec ego inficias eo si de gentilibus tantum
poetis ac philosophis verba fiant quos ignorasse christum.

et cuncti premiū palam est Sunt tamen in illis compluria uite
documenta que nobis turpia dissuadent et honesta demostrat
ut q aliquid inmedium proferamus. Quid illis Juuenalis ver
sibus aduirtutem suadendam dici potuerit efficacius. Orā
dum ē ut sit mens sana ī corpore sano/ fortem posce animū
mortis terrore carentem/ Nesciat irasci Cupiat nihil et po
tiores herculis erumnas credat/ seuos q labores/ et uenere et
cenis et pluma sardanapalli/ et alibi Esto bonus miles tutor
bonus arbiter Idem Integer ambigue siqñ citabere testis incte
q rei/ phalaris licet impet ut sis falsus et admoto dictet piuria
thauro/ Summum crede nefas animam preferre pudori/ et pp
uitam uiuendi perdere causas et paulo post/ pone ire frena
modumq pone et auaritie/ miserere inopum sotiorū. Integer
uite scelerisq purus inquit Oratius non eget mauris iacu
lis nec Arcu nec uenenatis grauida sagittis fusce faretra
Quocunq ferant tutum esse bonis uiris iter ostendit/ Quis iustū
illo melius circumscribit/ Justum ait et tenacem ꝓpositi uirū
nō ciuium ardor praua iubentium nō uultus instantis
tiranni mente quatit solida. Quid uirgilius sibi uult dū
Inferna loca describit et elisios campos nisi uirtutis amorē/
et odium suadere uitiorum. hic Inquit apud inferos quibꝫ ī
uisi fratres dum uita manebat/ pulsatus ue parens et fraus
innexa clienti/ Aut qui diuitijs soli incubuere repertis/ nec
partem posuere suis que maxima turba est/ quiq ob ad
ulterium cesi quiq arma secuti impia/ nec ueriti dominorꝫ
fallere dextras. At beatorum sedes audi quibus assignet. Hic
manus ait ob patriam pugnando uulnera passi/ quiq sacer
dotes casti dum uita manebat quiq pii uates et phebo digna
locuti inuentam aut qui uitam excoluere per artes quiq sui
memores alios fecere merendo. Quid theseus ille apud tragedū
senecam nōne sororia his de inferno refert. Quodquisq
Inquit ille fecit patitur auctorem scelus repetit suoq pmit
exemplo nocens. Statiusq quoq malefactis instare supplicium
asserit. Sed uidet hec aut uidet ille deum regnator et ausis
sera quidem/ manet ira tamen/ deq ī feris inquit Stridor
ibi et gemitus penarum atroq tumultu feruet ager. tāq
Legisset euangeliū uocem q saluatoris audisset mittite illum

in tenebras exteriores ibi erit fletus & stridor dentium. Quid po
stremo sibi Lucanus querit, dum Cathonem hamonis responsa
contemnentem inducit, uersus quos illos in eum fudit. Ipse manu sua
pila gerens precedit anhelantis militis ora pedes, monstrat tollerare
laborem, non iubet nulla uehitur ceruice supinus Carpento
que sedens somni parcissimus ipse ultimus haustor aque cum tandem
fonte reperto indiga cogatur laticis potare iuuentus, stat dum
lixa bibat & paulo post. Hunc ego per sirtes libieque extrema tri
umphum ducere maluerim, quam ter capitolia curru scandere pom
pei quam frangere colla iugurte, nonne aperta ac magna uoce, O ho
mines inquit sit uobis cura uirtutis, Alacres subite laborem.
Vincite sitim famem somnum sic itur ad astra, Quid dicimus,
nosceret ista malum, an bonum putabimus, hec ne magnus ille
hieronimus fugienda suadet, Preterea philosophorum libros
doctrina salutari plenos quos auide legimus quamuis non nulla
ueneni semina in se habeant. Propulare ad propositum dionisius
alexandrinus pontifex scribit. quem rufinus in historia ecclesiastica
uocat eulogum. Ego inquit ille & tractatus hereticorum
lego & traditiones eorum & si uideor ad horam uerbis eorum pollui
multum mihi confert hoc ipsum, quod ex ipsorum uerbis arguere
eos possim, Denique cum aliquis ex fratribus compresbiteris prohi
beret me, ne heretica lectione tamquam ceni alicuius fetore pol
luerer, uisio mihi quedam adeo ostenditur que me confirma
ret & sermo ad me factus est hec mihi euidenter proloquens. lege
omnia quecunque in manus tuas ueniunt quia probare singula & discernere
potes, amplexus sum uisionem quia & apostolice sententie concordat
dicenti omnia legite que bona sunt tenete, Sic dionisius. Nec hi
eronimus omni lectione secularis sapientie abstinendum precipit,
Sed docet ille ut ante dictum est damasum, quo pacto sint se
culares philosophi ac poete legendi, Typus inquit secularis
sapientie in deuteronomio sub mulieris captiue figura descri
bitur de qua diuina uox precepit, ut israhelites si eam habere uo
luerit uxorem, caluitium ei faciat, ungues presecet, pilos au
ferat & cum munda fuerit effecta, tunc transeat in uictoris
amplexus, hec si secundum litteras intelligimus nonne ridicu
la sunt. Itaque & nos hoc facere solemus quando & philosophos le
gimus, quando in manus nostras libri ueniunt sapientie secularis
siquid in eis utile reperimus ad nostrum dogma conuertimus. Siquid

uero superfluum de ydolis de amore de cura secularium rerum hec
radimus. his caluitium. inducamus. ponit et hanc similitudinem.
alio loco hieronimus ad magnum oratorem urbis rome scribens
et adijciat. Quid ergo mirum si et ego sapientiam secularem propter
eloquij uenustatem et membrorum pulcritudinem de ancilla atque
captiua israhelitem facere cupio. et quicquid in ea mortuum est
ydolatrie uoluptatis erroris libidinum uel precido uel rado et mix
tus purissimi cordis corpori uernaculos ex ea genero domino Sabaoth.
et labor meus in familia Christi proficit. Hec est libera uox et ex propo
sito diui hieronimi sententia. Interrogatus ille philosophus ne Christiani
poetas nequeant salua conscientia legere non omnibus negat
sed illis negat quibus animus est in eorum lectione requiescere.
sequimur et nos hoc iudicium damusque sancto doctori manus.
Namque cum uarij multiformesque sint poete non omnibus que
ab ipsis dicuntur adhibendam mentem sentimus. Sed cum ex
cellentium uirorum facta aut dicta commemorant. Tota mente
moueri atque inflammari debemus ut tales ipsi simus quales illi
fuere. Cum uero improborum hominum mentionem incidunt.
fugienda est illorum imitatio. auresque claudende non secus atque ipsi fe
runt ulixem ad sirenarum cantum clausisse. Accomodatissimus
est ad hoc propositum quem greci mirantur Magnus basilius
sic ille ut aretinus trasfert de poetis iudicium tulit. Nos igitur
Inquit laudamus poetas non cum scurras aut amantes aut ebrios
aut dicaces imitantur neque cum diuite mensa Cantuque dis
soluto felicitatem diffiniuit. minime uero. Cum de dijs aliquid
dicunt. mentionem deinde apium introducens. ut enim ex floribus
ceteri quidem inquit nihil sumunt preter odorem atque colorem
apes autem et mella inde sciunt excerpere. Ita qui non solam festiui
tatem secuntur uerborum fructum aliquem ex poetis parere
possint. et subiungit ille enim nec pariter omnes flores adeunt
nec si quos adeunt eos totos assumunt. sed ablato eo quod operi suo
aptum sit reliquum omne ualere sinunt et nos quoque si sapimus cum
id excerperimus quod ueritati amicum consentaneumque sit
Cetera omnia trasgrediemur. neque his contentus prosequens adijcit
et quoniam ad hanc nostram uitam per uirtutem ascenditur. Virtus autem
ipsa multum a poetis multum ab historicis multo etiam a philosophis
laudatur eorum verbis maxime est inherendum. Ait quoque
basilius ex quodam se uiro qui ad uestigandas poetarum mentes

acutissimus habebatur audivisse cum diceret totā homeri poesim laudē esse virtutis omnia que illius poete huc tendere nisi siquod accidens sit / ad hunc modū de poetis secularibus magni et sancti viri diffiniuit / Ecclesiasticos aūt quos plures esse manifestum ē sine quavis hesitatione legendos approbant venerādum qz nom eorum et dogma. su sapuit / qualis fuit hilarius hieronimi coetaneus et qui dulces hymnos in ecclia conscripserūt / et de quo supra retulimus iuvencus. Nō nlli aūt nri temporis qui ut docti videantur quecunqz nō didicerūt dānant digni sunt quibus cū hieronimo dicamus ne vescentiū dentibus invideant edentuli / et oculos capreaꝝ talpe cōdemnēt. Traxit me dulcis ad disputādum materia et dum ep̄lam credo scribere tractatū edo sed claudo sermonē de poetis / Cetera contra garrulos sapientie tue nō deerunt siquis contentus his esse noluerit / Nunc ad ultimā transeo partē in qua pro Rege Wladislao fuctus apologeticū / multa in laudem tanti principis scribis / que dicta sunt adversus eū nō min' ornate qz caute refellens. Cogitavi et ego futurū hoc cum librū ep̄laꝝ ad te direxi / neqz inutile reputavi adversus scripta mea te dicere que ipse nō tanqz visa sed tanqz audita retulissem; sic eīm veritas facilius invenitur. Tu ergo modo qz pius et prudentissime et fundatissime regis cām tuearis / das tamen mihi occasionē nō nllā ut rememorem tecū qz paulisp contendā / nō quia te velim impugnare sed quia magis instrui cupiam / Nam et si magni viri fuerunt quibus aures prebui et quorū dictis historiam struxi meā / plus tn̄ tuo nomini tribuo / Tum quia rebus de quibus locutus fuit interfuisti / Tum quia et nature et dignitati et etati tue mentiri alienū ē / Sed audi pauca que me obsistere tuis dictis impellūt / Dixi prioribus ep̄lis meis / Nobilissimū adolescentem Vladislaum Polonie regem suorū consilio victum Regnum hūgarie occupasse / hoc durū et a vero remotū tua dignatio esse cōtendit / affert qz rationes que iustū illum hūgarie regem possint ostendere / quaꝝ maxima illa ē quia defuncto Alberto regina et universi regni accole Wladislaū regē accersiverūt / Cuius ope et auspitio et catholica fides / et regni ppl̄us ab infestatione turchorū defendi posset / qui tūc hungarie inani clades qz plurimas inferebāt / Addis et Oratoribus qui ob eā cām missi fuerāt apte dictum extitisse / quia Regina ex alberto pregnās remāsisset nō licere Regē extrnū in id regnū trāsire / illos qz cōfutasse quicqd petitionibus eoꝝ obijceretur / mittis insup et decreti copiā quo regni prelati et proceres quecūqz adversus coronationem Wladislai dici possent inania esse diffiniunt. Fateor omnia ita gesta esse

ut scribis nec de tuis dictis adimo quicquam / sed audi quid me moveat
dicis albertum hungarie Regem fuisse mortemque relicta uxore pregnante
obiisse / Natumque ladislaum eius filium / Addo ego et coronatum regem
priusquam wladislaus hungariam ingrederetur / Quid hic dicemus. Hungarie
regnum filii solum patrum tenere debent / Quis excluso regis filio regnum
possidens non dicatur occupator. Aut successioni locus est apud hungaros
aut electioni. Cum mortuo rege filius in promptu est / Si patri
succedit filius non video quid iuris in wladislaum populi electio
transfuderit / Si regem electio faciat attribuo tue parti victoriam / Michi
tamen qui regni se mores scire affirmant succedere patribus apud hungaros
in regno filios etiam invitis populis dicunt. Idemque Romanum pontificem
diffinivisse apostolicis demonstratur apicibus / neque menti mee satisfacit
quod de turchis in medium proponitur / tanquam necesse fuit pro regni sa
lute / pro cristi nomine tuendo regem habere qui regeret / namque si hoc
permictimus rarus patri succedet in dominatu filius / Poterat wladisla
si zelo fidei succensus erat / si vicinorum saluti consulere volebat / si
tanta eum caritas movebat et hungaris succurrere et pupillo in
fanti regnum conservare / ac veluti tutor vicini regis regnum administrare.
sed uteris tu mecum ea purgatione qua trogus et philippum macedonem
defendit / cum regnum nepotis usurpavisset / Itaque inquit ille philippus
diu non se regem sed tutorem pupilli egit / at ubi graviora bella im
minebant serumque auxilium in expectatione infantis erat / com
pulsus a populo regnum suscepit / Melius tamen ligurgus qui cum
fratri suo polibiti spartanorum regi successisset regnumque sibi vendi
care potuisset / Carillo filio eius qui natus postumus fuerat cum
ad etatem adultam venisset regnum summa fide restituit. Sed
pauci sunt quos dominandi non frangit cupiditas / Placet cunctis
proverbium Cesaris. Si violandum ius est / regnandi causa violandum est.
Michi non videtur aut mater / aut populus / aut instans belli metus ius
Infanti auferre / atque alii concedere potuisse / nisi tua sapientia
novis me rationibus instruxerit. Scio illud quod dicis regnum polonie
longe lateque florentissimum esse / neque vires illi / neque opes deesse. Con
stat inter omnes qui terram circuierunt generosos polonos et fortes
homines esse / quibus qui dominetur inter cristianos Clarissimum
nomen habet habundat divitiis / potentissimus creditur / satis illi super
que satis honoris est / si quicquam mortale pectus satis existimat. At
dives asia. Xersi non sufficit / Greciam impio cupit adiungere
Alexander victo dario / Babilonia capta egipto subacta

supatis indis / extuat infelix angusto limite mundi ut giare clausus scopulis,
parua q3 seripho. Anibale nō capit africa. Addit ipio hispaniā pre
neu trāsilyt / supat alpes, ingreditur Jtaliā / nihilq3 actū a se se putat
nisi uexillū i Capitolio ponat. Athila rex hunoꝝ totius scitice gentis
solus impiū tenens, inuasor germanie / galliaꝝ ppetator / vastator Jtalie
inopem se miserū q3 iudicat / nisi primas mūdi gentes Romanos veso
gotasq3 sibi subyciat. Sed quid miramur uiros. Cōditrix babilonie
Semiramis nō cōtēta quesitos auiro regni terminos tueri / Ethiopiā
ipio adiecit / Indisq3 bellū intulit / quo prer illā dionisiū herculem
et alexandrū armatus intrauit nemo. Jnsatiabilis ē dnāndi cupiditas.
nulli satis ampla sua potēas uidetur / semp in alieno melior seges agro / vicini
formosior cōiux / pinguius apud alios pecus apparet / Nimirū si wladisla
adolescens alto sangiune natus / spiritu fretus nobili, glorie cupidus, hūgarie
regnū affectauit / humanus ē hic morbus adeo q3 comunis ut iā uitio
detur animus patna hereditate contētus, Siquis ē cui sua placeat iter
principes otiosus, paci deditus, nulli molestus, belli execrator / En
inquint deses homo ē, meticulosus, pusilli animi / Ventris somniq3 seruus
Monachū esse nō regem oportuit / mulieri nō uiro similimus huiusmodi
sepe uoces regū atria cōplent / Inde cōmoti quibus feruet animus Juuenes
iniusta bella susapiunt q3 si wladislaus hac re ductus in hūgariam
uenit secutus ē ut phi uolunt erroneā uitā / ut ppli seriunt laudabilem
et gloriosam dignus qui fortibus umbris annumeretur / Hec placuit ad tua
scripta referre nō quia ipugnare illa uelim sed ut solutionē a te re
cipiam eorū q̄ in dubia superant. Nā et si multe sint ac maxime laudes
que wladislao regi / suisq3 uel prelatis ut proceribus attribui possunt. Cupio
et hoc illis ascribere preconiū sine cōtumelia posse / q3 hūgariā nō humano
solū sz et diuino iure sibi subegerit. Et uiuo prīte rege uictos aliquā et pstratos
a polonis turchos astruis sequor testimoniū tuū / cōprius Julianus Cardinal
sancti Angeli q tunc i hūgariā legatū aplicū agebat suis lris omnē belli uictoriā
i Johnem trāstulit / quē ego ad pataviensem pontificem scribens huius testē / Cetera
q̄ de wladislao refers nullo apud me dubio sunt / Cognoui ex oībus qui eū nouere /
fuisse illū i adolescente / vastū animū, singularem prudentiā Summā liberalitatē
Ingenii pspicax / administrande iustitie grādem curā / nullāq3 i eo desideratā ex his
que regie uirtutes appellantur / ob quā rem optare si fas eēt cū tua dignatione
i hanc usq3 diē uixisse illū / melius ut arbitror regno hūgarie / melius xpiano
sanguini successisset / neq3 fortassis memorabilis illa ciuitas bisantina Orientalis
ecclie caput grecie columen i potestatē turchi redacta / cū tā magna xpianorū clade
fuisset / q̄ p Cōstātinū pmū instar romane urbis ampliata fatali quodā si licz dicere
decreto sub ultīo cōstātino diuicta et spurcitie sarracenoꝝ tradita ē, quā viuo wladislao
nec intueri turchoꝝ impr audebat sed obiyt ille ut dux rex Clarissimus cū maiori gestiuz
credidimus non polonie solū sed hūgarie et totius ecclie damno. Veruq3 illud ondit
quod ad sororē scribere metrodoriū aneus Seneca tradit. Mortale s. esse mortaliū
omne bonū. vale et Jam nō eplām sed librū cū uacauerit legito. Ex noua ciuitate
Austrie.

Reuerendissimo in xp̄o patri Dn̄o Sbigneo
sacrosancte Romane ecc̄lie tituli Sc̄te Prisce
presbitero Cardinali ac pōtifici cracouiēsi
domino suo colendissimo.

IV

Epistola de actis in visitatione Regni Poloniae p. 405.

484.

Zabāma ēt que erat ciuitas
i vinea. Initium sancti ewange
lii mij

٧

VI

